





14

E 5. num. 11.

D. PHILIPPI FRID. HANE,  
S. S. THEO. ET HIST. ECCLES. ATQVE CIVIL. P. P.  
IN ACAD. KILIENS.

15

COMMENTATIO ACADEMICA,  
DE ORIGINE  
JVRIS ET BENEFICII  
EMIGRANDI,

QVOD  
RELIGIONIS CAUSA  
IN GERMANIA NOSTRA  
OBTINET.

EX GENUINIS HISTORIÆ  
ATQVE JVRIS ECCLESIASTICI  
FONTIBVS  
DEDVCTA ET PVBLICI JVRIS  
FACTA.

EDITIO II.

HAMBVRGI,  
APVD T. C. FELGINERI VIDVAM.  
A. MDCCXXXIII.







**TRACTATIO  
DE ORIGINE JVRIS ET BENEFICIIS  
EMIGRANDI.**

§. I.

ecantatissimum & hodie omni- s. I.  
um fere ore celebratum est ius & bene- Ingressus ad  
ficium illud emigrandi, quo uti licet mentum &  
subditis, in imperio nostro Germanico occasio.

§. I.  
Ingressus ad  
hoc argu-  
mentum &  
occaſio.

aliis, quam quæ ipsi profidentur, addictus est. Nec adeo infrequens etiam hujus mentio occurrit apud Doctores Juris publici, cuius hæc causa omnino quoque partem quandam constituit: sed hos tamen non ubique satis inter se convenire, unum alterumque evolventi facile apparebit. (\*) Ut ut igitur res sit notissima, in ratione & modo tamen, certisque etiam ejusdem limitibus constituendis non omnia ita ad liquidum perducta sunt; ut frustra is agere censendus sit, qui in hac causa post multos alios velut denuo explicanda operam sibi datum putaverit. Ac nobis proinde constitutum est, ut & ipsi in hac questione experiamur, quid ad illam præsidii ex investigatis paulo altius ejusdem originibus afferi queat. Quod facturi, non multum aliorum di-

A ~~soziale~~ versas

(\*) *Videatur ex reliquis omnium fere recentissimus scriptor Jo. Georg. ESTOR, jCtus Giessensis, in Delineat. Juris publ. Eccl. Protestantum Cap. IV. §. VIII. p. 179. sqq.*

versas circa hanc rem sententias spectabimus, nec antiquis turi, quid valeant ratiocinia, ex juris divini & naturalis principiis ad hanc causam allata: (†) sed in eo unice nostra vertetur opera, ut legibus & sanctionibus imperii nostri pragmaticis & fundamentalibus, quibus, hoc quicquid juris & beneficii est, proxime innititur, praesidium illud adjungamus, quod servata nobis genuina historiarum monumenta sufficiunt; atque ex adducta occasione & ratione legum istarum conditarum non parum lucis toti cause accensum iri confidimus.

(†) Ex hoc capite novissime in hanc rem differnit D. Aug. Frid. MÜLLER in *Dissertat. de emigratione religionis causa suscipienda*, Lips. d. 3. Sept. 1732. publice defensa, que & mox germanice redditia, Jo. Georg. SCHELHORNII *commentationi de Relig. Evang. in provincia Salisburg. ortu, progressu & fatis, in vernaculum idioma verse & Lips. 1732. in 8. vulgate, appendicis loco subjuncta legitur.*

§. II.  
Arctior ar-  
gumenti de-  
terminatio.

## §. II.

Ipsam autem inquisitionem in hacce origines non ultra bina secula, ubi sacrorum diversitas in Germania esse coepit, ascendere, ex scopo dicendorum jam satis patet. Neque enim migrationes quascunque alias, si quas Jura vel Civilia vel Ecclesiastica ad eundem modum aut imperarunt aut indulserent, hoc loco spectare, atque ex earundem analogia in questionem presentem argumenta capere animus est. Quin & maximas notissimasque gentium migrations, e sedibus nostris septentrionalibus potissimum, aliquot post Christum natum seculis susceptas, a scopo nostro remotiores esse constat: etenim ad has nulla conscientia vis atque religio, sive illa vera sive falsa fuisset, migrantes istos colonos

colonos adegit, sed potius suasit amplior regnandi cu-  
pido, & spes novarum meliorumque nancicendarum  
sedium. Quod igitur nobis pro scopo est emigrationis  
negocium, tum adæquatam *juris* rationem habet, quod  
qui eo in Germania nostra utuntur subditi, per pactio-  
nes a magistratibus suis impetratas, & publicis imperii  
legibus & statutis firmatas, pleno perfectoque jure suo  
id faciant; tum etiam *beneficii* loco censendum est, quod  
qui religionis causa sedes suas priores vel nolunt vel  
non possunt retinere amplius, conscientiis tamen suis  
consulere queant, atque in eo velut beneficio quodam  
fruantur, quod patriæ sediumque pristinarum mutatio-  
nem conditionibus minus iniquis ac citra famæ atque  
fortunarum suarum dispendium suscipere possint.

## §. III.

Ex arctiori autem hac quæstionis determinatione id quoque ex se liquet, redire hanc totam causam ad ipsum legum imperii, quas habemus, dispositionem, fundamen-  
tum ex Pace & Westphalica a. 1648 adducitur.  
Totius juris emigrandi  
quarum proinde tenor primo omnium loco proferen-  
dus, & hic etiam quoad verba, licet eadem vel lippis  
& tonsoribus jam nunc nota esse videantur, repetendus & Westpha-  
licæ a. 1555. tum etiam *Westphalica Osnabrugensis* a. 1648. huic  
est. Utraque autem Pax, tum *Augustana religiosa* a. 1555. tum etiam *Westphalica Osnabrugensis* a. 1648. huic  
faciunt. In prioris instrumento §. XXIV. prout in Re-  
cessu Comitiorum a. 1555. habetur, emigrandi libertati  
his verbis prospicitur: *Wo aber unsere, auch der Chur-  
Fürsten, Fürsten und Ständen Unterthanen der alten Reli-  
gion, oder Augsburgischen Confession anhängig, von sol-  
cher ihrer Religion wegen, aus unsfern, auch der Churfür-  
sten, Fürsten und Ständen des Heil. Reichs Landen, Für-  
sten-*

ßenthumen, Städten oder Flecken, mit ihren Weib und Kindern an andern Ort ziehen, und sich nieder thun wollen, denen soll solcher Ab- und Zuzug, auch Verkauffung ihrer Haab und Güter, gegen ziemlichen billigen Abtrag der Leibeigenschaft und Nachfeuer, wie es jedes Obrts von Alters anhero üblich hergebracht, und gehalten worden ist, unverhindert männlichs zugelassen und bewilligt, auch an ihren Ehren und Pflichten allerdings unentgolten seyn. Doch soll den Obrigkeitzen an ihren Gerechtigkeiten und Herkommen der Leibeigenen halben, dieselbigen ledig zu zehlen oder nicht, hiedurch nichts abgebrochen oder benommen seyn. Ex pacis Westphalicae Osnabrugenses autem instrumento, cuius idioma latinum æque vel magis authenticum quam germanicum est, Artic. V. §. 36. & 37. cummaxime hoc spectant; sed ut nexus rationem simul etiam inspicere liceat, ejusdem Articuli §. 34. afferre quoque atque præmittere juvat: Ita autem §. XXXIV. Placuit porro, ut illi Catholicorum subditi Augustane Confessioni addicti, & Catholicæ Augustane Confessionis Statuum subditi, qui anno 1624. publicum vel etiam privatum Religionis sue exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non, qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam a territorii Domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerentur, & conscientia libera domi devotioni sue, sine inquisitione aut turbatione privatum vacare, in vicinia vero, ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris sue Religionis scholis, aut privatis domi Preceptoribus instruendos committere non prohibentur; sed ejusmodi Landsässi, Vasalli & subditi in ceteris officiis suum cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullis-

nullisque turbationibus ansam præbeant. Sed post in rem proprius §. XXXVI. Quid si vero subditus, qui nec publicum nec privatum sua Religionis exercitium Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto habuit, vel etiam, qui post publicatam pacem Religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut a territorii Domino jussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas, vel persequendas lites, aut debita exigenda libere & sine literis commeatns adire. Deindeque §. XXXVII. Conventum autem est, ut a territoriorum Dominis illis subditis, qui neque publicum neque privatum exercitium Religionis sua dicto anno haberunt, & tamen tempore publicata presentis pacificationis in unius vel alterius Religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium, alio emigrarunt, & facta pace in patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis vero, qui post pacem publicatam Religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis laxum, & spatiostum impetrare potuerint, ad emigrandum prefigatur: neque sive voluntarie sive coacte emigrantibus nativitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vita, testimonia dengentur, aut iidem reversalibus inustitatis, vel decimationibus substantia secum exportata, plus a quo extensis prægraventur, multo minus spontaneam suscipientibus emigrationem, servitutis aut ullo alio pretextu impedimentum inferatur. Est in his textibus, ubi inter dispositionem pacis religiosæ Augustanae & Westphalicæ non parum differt; est etiam, ubi utrinque & cummaxime in posterio-

sterioris instrumenti §§phis casus diversi præfigurantur, quæ non uno eodemque interpretum sensu accepti sunt, hincque dubiis haut levibus locum fecerunt. Agedum igitur, & quid lucis ex historiarum & rerum sic gestarum tabulis huic causæ foenerate liceat, nunc periclitabimur.

## §. IV.

§. IV.  
In quibus  
his imperii  
sanctionibus  
forte prælu-  
sum sit.

De sancito pacis religiosæ primum dispiciendum est. Pacificationem hanc Augustanam tribus & quod excurrit annis præcesserat Transactio Passavensi. Ac in ea quidem Principibus & Statibus, Aug. Conf. additis, de libero religionis sua exercitio, adeo quidem, ut nulla illis propterea creanda esset molestia, jam satis prospectum erat. (\*) Nulla tamen tum diserte facta mentio subditorum; quod de illis quidem haut opus visum, qui Dominis parebant, qui eadem sacra profitebantur, proindeque & sub eorum tutela de eorundem sacrorum usū libero securi vivere subditi poterant. Olim quidem ac in comitiis Augustanis a. 1530. jam ratio fuerat habita subditorum, qui diversis sacris a territorii sui Dominis utebantur. Quod tum in hanc causam ex comitorum decreto sancitum ejusmodi sane est, ut nostro pacis religiosæ statuto viam præludisse videatur, proindeque illud b. l. repetere non dubitamus. Sic autem §. Und nachdem wir, circa finem decernitur: (†) Dazu wollen

(\*) Vid. Transact. Passav. apud Frid. HORTLEDERVM de Cauff. Belli German. Tom. II. Lib. V. Cap. XIV. Christoph. LEHEMANN. in Act. publ. de pace relig. Lib. I. Cap. I. Jo. Jac. SCHMAVSS. in Corp. Juris Publ. Acad. Cap. XXXII & alibi §. 8. Und mittler Zeit &c.

(†) In Corp. Recess. Imp. §. LX. apud Jo. Joach. MÜLLE-RVM in Hist. Protest. & Aug. Conf. p. 1919. eft §. LXII.

wollen wir aus Kayserlicher Macht, denenselben Bürgern und Einwohnern, so noch des alten Christlichen Glaubens sind, und darauf verharren, ihrer Gelegenheit nach mit ihrem Leib, Haab und Gütern einen freyen Ab- und Zuzug der obgemeldten Oberkeiten, Städt, Ohrt und Flecken, ohn Beschrweide einiger Nachsteuer oder Abzug ihrer Güter, und unverhindert maniglichcs zugelassen und bewilligt haben, und thun das hicmit wissentlich. Wollen auch, daß ihnen solches an ihren Bürgerlichen gethanen Pflichten, Stadt- und Bürger- Recht keinen Nachtheil oder Verletzung bringen oder gebähren soll; in einige Weise oder Weg. Und ob einige obangezeigte Oberkeit, Städte oder Flecken Freyheiten oder Privilegien diesem zu wieder oder entgegen hätten, dieselben wollen wir derogirt, und solches alles in diesem Fall hicmit aufgehebt haben. Ex hoc decreto perspiciatur, jus & beneficium emigrandi religionis causa, quod omnium primum, quantum indagare licuit, hic statuminatum deprehendimus, tum quidem in gratiam subditorum, sacris Pontificiis sub Dominis doctrinam Aug. Conf. profitentibus addictorum, fuisse introductum; nostræ vero religionis socios non item eodem juris beneficio esse comprehensos: cuius rei ratio facile intelligitur, quod Principes & Status, qui Conf. Aug. amplexierant, ob causas aliunde notas eudendo huic comitiorum decreto calculum suum adjicere nequiverant. Sicuti autem lege in hac parte promulgata stare, Princibus Protestantibus vel tum vel unquam grave fuisse, ex aliquo indicio colligere licet, quod ejusmodi in subditos diversæ religionis indulgentia juris divini ac naturalis præscripto perquam sit congrua; haut tamen in proximis Imperialium comitiorum decretis, ubi de Statibus

tibus Aug. Conf. mitius indulgentiusque constitutum est, (†) reperire licet, quod subditis Aug. Conf. in Catholicorum ditionibus degentibus, in idem juris & beneficii consortium venire datum sit.

(†) *Hujusmodi fuere in comitiis Ratisbonens. 1532. Francof. 1539. item Ratisbonens. 1541. & Spirens. a. 1544. de quibus legatur Frid. HORTLEDER Tom. I. Lib. I. Cap. X. XI. XII. it. XXXII. XXXIV. add. & Corpus Recess. Imp. ad dictos annos.*

### §. V.

Quomodo inter Status de hoc capite in pace religiosa 1555. decernendo convenerit?

In prima autem hac lege Pacis Augustanae religiose, quæ utriusque partis subditos ejusdem juris & beneficii participes fecit, plura omnino sunt, quæ de occasione, causis & rationibus, quod eadem lata sit, nobis in historiarum monumentis panduntur. Sequemur fidem authenticorum documentorum, quæ nobis reliquit Christoph. LEHMANNVS in *Actis publicis & originalibus de pace religiosa.* (\*) Ab illo autem mox exhibetur Consilium, quod statim sub ingressum corniciorum a Deputatis in hanc rem concinnari jussit Collegium Principum, ut suam de pace religionis constituenda sententiam exprimeret. De hac ipsa consultatione alibi docemur, (†) deputatos fuisse ad eandem ex Secularium & Eccle-

(\*) Christoph. LEHMANNI *Acta publica & originalia de pace religiosa.* III. *Libris comprehensa, prodierunt Francof. ad Mænum 1640. II. Voluminibus in 4. Praterquam autem quod in LEHMANNO suppleto & continuato 1709. in fol. repertis sunt, & recusa eadem habentur in Adam. CORTREJI Corp. Jur. publ. Tom. II. quod 1707. fol. prodit; nos editione priori in 4. utimur.*

(†) LEHMANNVS *Lib. III. Cap. XLVI. p. 563. seq. exhibet*

Ecclesiasticorum Principum numero utrinque quatuor consiliarios, a quibus mox de praestanda subditis ubicunque locorum religionis autonomia & libero exercitio, cogitationes susceptae sint. Fiebat igitur, ut D. PRAVNIVS f. BRVNVS, Cardinalis & Episcopi Augustani OTTONIS TRVCHSESII Consiliarius, qui ejus nomine huic deliberationi aderat, illud emigrandi beneficium in medium proferret, recordatus procul dubio illius decreti, cuius mentionem modo ex superioribus comitiis Augustanis 1530. adduximus. Illud autem Praunii εὐγῆμα, dum utriusque partis subditis aequo jure eodem utrinque frui liceret, mox aliorum Collegarum suorum assensum impetrasse, ex eo satis colligi potest, quod in paulo post exhibito suæ deliberationis Senatus consulto caput illud, de concedenda subditis emigrandi licentia, his verbis expressum legatur: *Doch sofern unser, auch der Churf. Fürsten und Stände Unterthanen der alten Religion, oder der Augspurgischen Confession anhängig, von solcher ihrer Religion wegen, aus unsfern Landen, Fürstenthümern, Städten und Flecken mit ihren Weib und Kindern anderer Ohrt zichen, und sich nieder thun wolten, denen soll solcher Ab- und Zuzug, auch Verkauffung ihrer Haab und Güter gegen billicher Erledigung der Leibeigenschaft, unbeschwert einiger Nachsteuer oder Abzug ihrer Güter, unverhindert männlichs zugelassen, und bewilligt, auch ihrer*

B

ihrer

literas Andr. ZOCHII, qui Marchionis Brandenburgensis Johannis a consilio, & ipse quoque Principis sui nomine Deputatorum consilio ex parte secularium Statuum in his comitiis adiuit, deque hac causa interrogatus a Palatini Electoris Cancellario Gerh. PASTORIO, resonsum hoc dedit a. 1572. in quo bac & alia bona frugis reperiuntur.

ihrer Ehren und Pflichten allerdings unentgolten seyn, ob schon dem zugegen einige Freyheiten vorhanden, welchen wir disfals hiemit derogirn und die gänzlich auflöben (††). Ut autem in exhibito hoc Deputatorum consilio illud attendi meretur, quod ab auctore partibus Pontificiorum addicto istud primum suppeditatum sit, nec novam adeo sanctionem ingesserit, sed potius illam in Comitiis Angustanis a. 1530 pridem latam, nunc vero demum utriusque parti ex æquo tributam, repetierit: ita nunc ex rei progresu id porro animadvertisimus, in pleno Principum collegio, cum de hoc Deputatorum consilio relatum esset, quoad hoc causæ caput illud cummaxime fuisse adoptatum, ita quidem, ut in suffragio mox lato & totius collegii nomine concepto, illud de subditorum emigrandi libertate caput arctius retentum sit; ac licet in suscepitis post deliberationibus ex parte Statuum Pontificiorum hujus consilii ratio omitti cœperit, illi tamen Principes, qui a partibus Aug. Conf. stabant, ab ista priori sua sententia haut quaquam defecerunt, sed in declaratione sua ad communicatum sibi ex concilio Electorali suffragium, hanc in gratiam subditorum excogitatum sibique probatam legis dispositio nem d. XXI. Maji denuo repetierunt, ac totidem verbis addiderunt; adeo quidem ut haec tenus in exhibita superiori formula nihil præterea mutatum conspicatur, quam quod æqua solutio decimationis (*ein billiger Abtrag der Nachsteuer*) quam prior formula remiserat, hic in casum hujusmodi emigrationis, cum solven do manumissionis precio conjuncta sit. (†††) Facta tum

(††) LEHMANNUS Lib. I. Cap. V. p. 33.

(†††) Idem. I. c. Cap. VI. p. 38. Cap. VIII, p. 49.

tum demum in utroque superiori Electorum & Principum collegio suffragiorum re- & correlatione, quam vocant, cum de ferendo cummuni suffragio tandem die XIX Junii conveniret, haec quoque de subditis emigrationis beneficio maſtandis consultatio apud Electorales pervicisse ex eo intelligitur, quod illud causæ caput eidem omnino insertum deprehendimus, cui & eodem die in tertio Statuum, Civitatum nempe liberarum & Imperialium collegio subscriptum est.<sup>(\*)</sup> Ac in hac ultima denique Statuum consultatione præter formulam initialem, quæ & ipsa nonnihil inversa fuit, ut ita efferre tur; Wo aber der Kays. und Kön. Maj. auch der Churf. Fürſten und Ständen Unterhanen &c. illa quoque clausula accessit, his verbis concepta: *Doch soll den Oberkeiten, an ihren Gerechtigkeiten und Herkommen, der Leibeigenen halben, dieselbe ledig zu zählen oder nicht, biedurch nichts abgebrochen, oder benommen seyn.* Quæ quidem clausula tantum abest, ut superius imperatæ manumissionis indulgenſæ quicquam deroget, aut eidem mox iterum contradicat, quæ sane oſcitantia legislatoribus injuste tribueretur; sed id potius infert, ut Principum & territorii Dominorum jura in aliis eventibus ac casibus, qui sane plures esse poſſunt, integra ac ſalva ſint: haec vero, de emigratione religionis cauſa & concedenda propter illam a servitute manumiffione, unica habeatur a regula generali exceptio, quæ alii casibus nullum præjudicium afferre debeat.

(\*) Ibid. Cap. X. & XI. p. 55 ſqq.

§. VI.

Quæ hucusque allata sunt, nos ſatis edocent, quō-  
modo inter Principes & Status Imperii de constituenda

B 2

primæ-

Quæ circa  
consensum  
Cæſaris ac

RegisFerdi- primæva emigrationis lege convenerit: nunc de Cæsa-  
nandi impe- ris etiam consensu, qui in hanc causam impetrandum  
trandum erat, videndum est. Ipfis comitiis Augustanis nomine  
peracta fuit: Cæsarum cum pleno mandato aderat frater ejus germanus,  
FERDINANDVS I. tum adhuc Rex Romanorum: ab  
eoque, post exhibitum a Statibus Senatus Consultum,  
institutæ deliberationes cum adjunctis sibi ex parte Cæ-  
sarum consiliariis reliquis, duraverant ad d. usque XXX.  
Aug. ubi tandem Statibus responsum reddebat, quo,  
quid sibi circa sententiam illorum monendum fuerat,  
expositum erat. In isto responso caput illud de jure  
emigrandi haut absque animadversione dimissum, quin  
ita notare visum erat, ut prouersus illud expungendum  
satius haberetur. Dabimus ipsa verba: *Die überigen Artickel lassen Jhr. Königl. Majest. Jhr gnädiglich gefallen, bis auf dem Versicul, anfahend: Wo aber der Käyserl. und Königl. Majest. &c. Welchen Artickel Jhr. Königl. Majest. auf der Kayserlichen und Königlichen Majestät Unterthänien, von wegen allerley sonderbahren Freyheiten und Herkommen Jhrer Majest. unterschiedlicher Lande Unterthänien nichts bewilligen könnten, sondern seben für besser an, daß derselbe gar ausgelassen werde.* (\*) Intelligitur  
ex his, si sententia Regis Ferdinandi perstitisset, nullam  
juris emigrandi rationem in Instrumento pacis religio-  
sa fuisse habitam. Sed pervicerunt tamen Status, &  
Regis assensum sibi demum conciliarunt. Mox enim  
d. V.

(\*) *Apud LEHMANNVM Lib. I. Cap. XVI. p. 78. idque Regis Ferdinandi responsum, quod e re sua illud esse credide- runt, prætermisso reliquis, sollicite nobis servarunt JCTI DILLINGENSES in sic dicta Compositione Pacis Ap- pend. Lit. H. p. 31. sqq.*

d. V. Sept. cum Status convenienter deliberatum, quid iterati responsi (JCTi duplicam vocant) dandum esset Regi, ex parte Aug. Conf. addicitorum rationes prolixius afferebantur, quod nunquam inter partes diversæ religionis æqualitas illa, quam ipse Rex tantopere commendaverat, obtineri possit, nisi & subditi utrinque in æqualitatem juris venire permittantur. (\*\*). Ipsum autem iteratum SCtum, quod Regi a Statibus d. VII. Sept. tradebatur, graviter urgebat repetebatque necessitatem libertatis emigrandi in gratiam subditorum, siquidem pacem, concordiam & securitatem in imperio stabilire & conservare animus sit: in eo autem limites huic juri ponni permittebant, quod Cæsar is æque atque Regis subditos, qui imperii Germanici haut sint cives, ab hac pacis dispositione eximere liceat. (†) Hæ autem Statuum rationes cum adjuncta limitatione tanti ponderis apud Regem Ferdinandum erant, ut ipse quoad hoc causæ caput assensum suum haut denegaret amplius, sed adhuc eodem die in publicas comitiorum tabulas (vulgo protocollum dicunt) referre juberet, se articulum illum de emigratione subditorum habere ratum, nec etiam refragari suarum regionum subditorum intuitu, ut si religionis causa manere nolint amplius, sponte sua alio migrant; ex parte autem Cæsar is, quoad hoc causæ caput se nihil habere in mandatis. (††) His demum im-

B 3 petra-

(\*\*) Legatur apud LEHMANNVM Cap. XVII. p. 80. sq.

(†) Vid. Idem Cap. XVIII. p. 90.

(††) Ipsi verba Protocolli si habent: Der Unterthanen Abzng betreffend, haben sich Königl. Majest. erklärt, daß Sie den Artikel, wie derselbe gesetzt, wolten bewilligen, auch ihrer eigenen Unterthanen halben des-

petratis ad ipsam pacis formulam concipiendam cum  
sibi accedendum esse Status arbitrarentur, quæ ejusdem  
delineatio d. X. Sept. in publico comitiorum consellu  
prælecta ac mox Ferdinando Regi tradita fuit, quod ad  
hoc caput attinet, in ea forma ac facie apparuit, quam  
post in conditis & subsignatis pacis tabulis sine ulla mu-  
tatione ulteriori retinuit. (†††)

## §. VII.

**Quæ nova**  
Iis adhuc  
ante pacem  
conclusam  
& publica-  
tam suborta,  
Sed post impetratum hunc Regis Ferdinandi assen-  
sum, hæc tamen causa nondum prorsus confecta & ad  
umbilicum perducta erat. Principum & Statuum able-  
gati consiliarii de rebus hueusque pro constituenta pa-  
ce in comitiis gestis ad suos quoscunque Dominos re-  
tulerant, illorum de rebus tam arduis sententias explo-  
raturi. Quas ubi refciverant, duo potissimum capita,  
alterum de *Reservato Ecclesiastico*, alterum de *autonomia*  
*subditorum*, Aug. Conf. addictos Status adhuc offendeb-  
ant, ut sine nova animadversione eadem dimitti nol-  
lent. Hinc jussi illorum legati, super hæc duo capita  
Regi Ferdinando d. XX. denuo supplices siebant, ac in  
postremo illo de subditorum autonomia, quod nostræ  
tantum considerationis est, id cummaxime urgebant,  
ut ne Electoribus & Statibus Ecclesiastici ordinis per pa-

cis

halben sich theilhaftig machen, also und dergestalt,  
welcher Unterthan der Religion und des Glaubens we-  
gen unter Ihr. Königl. Maj. nicht bleiben wolt, der  
möcht anderwo hinziehen: Der Kayserl. Maj. halben  
in diesem Puncten hetten sie keinen Beslich. I. c. cap.  
XIX. p. 94.

(†††) IDEM Cap. XX. p. 100.

cis sanctionem illa facultas relinquatur, ut subditos suos  
cujuscunque dignationis & conditionis, qui in territoriis  
illorum hucusque sacrorum A. C. exercitio gavisi sint,  
nunc impune persequi & e finibus suis ejicere possint,  
vel ut modis inquis aliis tractare eosdem illis liceat. (\*)  
Dirempta priori isthac lite de Reservato Ecclesiastico, al-  
tera tamen illa disceptatio de impetranda pro subditis  
religionis Evangelicæ autonomia, cum Rex Ferdinandus  
mox eodem die in pleniori legatorum confessu compon-  
nere eandem tentaret, tantis utrinque difficultatibus  
circumsepta reperiebatur, ut vel metus illi injiceretur,  
fore, ut omnis suscepta pacis tractatio, jam in octimestre  
spatium protracta, frustra & inanis sit. Nihil igitur hoc  
& sequente d. XXI. Sept. Ferdinandus intentatum relin-  
quebat, ut hunc insperatum pacificationis eventum præ-  
verteret. Dimislo numerosiori isthoc Legatorum con-  
fessu, mox ex utraque parte consiliariorum delectum  
ad se arcessere jubebat, si forte inter hos pacem &  
cordiam facilius reducere liceret; quibus utrinque ce-  
dere recusantibus demum significabat, se illos a se haut  
prius dimissurum, quam de hoc postremo litis capite,  
quod ex integra pacificatione restaret, transactum sit.  
Hac Regis Ferdinandi testifica voluntate seria com-  
moti Pontificiorum sacris additi Deputati, tandem in  
eo consentiebant, ut in tanta rei difficultate Regis arbitrio  
permitterent, quid in gratiam subditorum pro re-  
linquendo illis ab Ecclesiasticis territoriorum dominis hu-  
cusque obtento religionis exercitio statuendum sit. Rex  
Ferdinandus mox usus hac sibi delata potestate, cum  
suis

& quæ  
hinc data

(\*) Apud LEHMANNVM I, c. Cap. XXI. p. 102. sqq.

declaratio suis & a Cæsare sibi datis consiliariis deliberationes iniit,  
 a Rege quæ in multam usque noctem durabant; atque in hac  
 Ferdinando consultatione quod pro tollenda ista lite decernebatur,  
 de toleran- ad quatuor hæc capita redibat, de quibus statim ad istum  
 dis subditis Deputatorum delectum referre jussit: I.) Ut pacis for-  
 A.C. addi- mula semel concepta integra & citra ullam mutationem  
 tis. persisteret. II.) Ex data sibi a Cæsare potestate, & a  
 Pontificiæ partis Statibus sibi reliquo arbitrio, se decre-  
 turum, ut Ecclesiastici ordinis subditi cujuscunque con-  
 ditionis & dignationis, qui jam pridem Aug. Conf. sacra  
 amplexi sint, atque etiamnum placita eorundem ac ri-  
 tutus sequerentur, imposterum quoque usque ad Chri-  
 stianam & amicabilem inter partes religionis causa dissu-  
 dentes compositionem, eadem sacrorum libertate gau-  
 deant, fruanturque, nec a suis territoriorum Dominis  
 quoquo modo turbentur, aut ulla molestia affiantur.  
 III.) Ut ne hæc seorsim data declaratio, ipsi pacis for-  
 mulæ, &, quæ illi insertæ sit, derogationi quarumcum-  
 que exceptionum, ullum præjudicium afferat. IV.) Re-  
 gi Ferdinando sit integrum, ut Statibus Aug. Conf. ad-  
 dictis super hac causa literas per modum decreti pecu-  
 liaris sigillo ac subscriptione sua munitas tradere & ex-  
 hibere possit. (\*\*). Hanc a Rege adinventam rationem  
 compositionis hujus litis probari sibi mox affirmabant,  
 qui ex Statuum delectu aderant Deputati, & cum de hac  
 re quoque ad cæteros Collegas suos retulissent, poste-  
 ro statim die summo mane, quod omnium calculum  
 ferat, Ferdinandum certiorem faciebant. De quo una-  
 nimi consensu atque suffragio cum denuo ac iterum a

Regis

(\*\*) IBID. Cap. XXIII. p. 107. sqq. add. Cap. XXIV.

Regis Vice-Cancellario rogati essent praesentes in comitiis Statuum Legati, haut suis promissis Rex Ferdinandus deerat, sed declarationem illam, qua subditorum religionis libertati & securitati sub Dominis Pontificiorum sacris addictis prospectum esset, sub forma peculiaris decreti eum ad modum, ut supra in consultatione hujus cause spem fecerat, concinnari & Aug. Conf. addictis Statibus pridie ejus diei, quo publica & solennis pacis promulgatio fiebat, exhiberi curavit. (\*) Quam formulam decreti peculiaris, (*Neben-Abschied*) hic integrum afferre juvat, cum illa magnarum postmodum litionis ansa fuerit, & ejusdem authentia a Pontificiis scriptoribus vehementer lacepsita, sed nec minus a nostris masculine vindicata sit. Ita autem illa habet:

*Wir FERDINAND, von Gottes Gnaden Römischer König &c. bekennen öffentlich, und thun kund allermensiglich mit diesem Brief, Als auf diesem wehrenden Reichstag bey Abrede und Vergleichnuß des Religions-Friedens, uns die Stende und Botschaffen der Augspurgischen Confession anhängig undertheinklich fürbracht, daß etlicher Erzbischöven, Bischöven und andern Geistlichen und Stifften zugehörigen Ritterschafften, Stätt und Communen*

C

numehr.

(\*) *Servarunt nobis hanc formulam preter Melch. GOLDA-STVM tum latine in Constitut. Imp. Tom. I. p. 544. tum germanice in Reichs-Satzungen Tom. I. & II. ad b. a. & LEHMANNVM l. c. Cap. XXVIII. p. 102. sqq. ex ipsi quoque Pontificiis Franc. BVRGKARDVS de Autonomia Lib. I. Cap. VI. p. 81. DILLINGENSES in Compositio-ne pac. Cap. VI. Quaest. XLIV. p. 214. licet hi postremi minus curatum exemplum profenant. Juxta BVRGKARDVM & LEHMANNVM nos autem illud exhibemus.*

numehr lange Zeit und Jar, der Augspurgischen Confession Religion anhengig gewesen, und noch wären, und wo dieselbige von solcher ihrer angenommenen und so viel Zeit und Jar herbrachten Religion, von gedachten ihren Herren und Obrigkeiten getrungen werden wolten, vor und ehemahl die strittige Religion durch Christliche, freundliche und friedliche Wege zum Christlichen Verstand und Vergleichung gebracht würde, daß daraus nichts gewissers zu besorgen, dann Weiterung und schädliche Kriegs-Empörung zwischen den Herrschaften und Obrigkeiten und den Underthanen: Solchem ab- und vorzukommen, were ihr unerheblich Bitt, die Geistlichen dahin zu weisen und zu vermögen, daß sie dieselbige ihre Underthanen, um Erhaltung willen des gemeinen und hochnothwendigen Friedens im H. Reich Teutscher Nation, hinsüro so wol als itzt eine lange Zeit hero beschehen, der Augsburgischen Confession Religion halben, unvergewartige und unbetreyt bleiben, und obberärter endlicher Vergleichung in der strittigen Religion also erwarten lassen; Und derohalben bewilligten, daß solche Underthanen in itziger Constitution des Religion-Friedens der Notturst nach verschen würden. Dargegen aber die Stende und Botschafften unser alten Religion verwandt, allerley Ursachen und Begehr fürgewandt; also daß sich beyder Religion Stende deshalb mit einander nit vergleichen können: Daß demnach wir in Kraft der Röm. Kayserl. Majest. unsers lieben Bruders und Herrn uns gegebener Vollmacht und Heimstellung erklärret, gesetzt und entschieden haben, thun auch solches biemit wissentlich in Kraft dieses Briefes, daß der Geistlichen eigen Ritterschafft, Statt und Communen, welche lange Zeit und Jahr hero der Augspurgischen Confession Religion anhengig gewesen, und dersel-

derselben Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuchen und Ceremonien, hinfür durch die Geistlichen oder jemands anders nicht gedrungen, sondern dabey bis zu obberürter Christlicher und endlicher Vergleichung der Religion unvergewartigt gelassen werden sollen. Und auf daß solch unsre Declaration uns so viel desto weniger angefochten werden möge, haben gemeine Geistliche Stende und dero anwesende Räth und Botschaften Uns zu underthenigen Ehren und Gefallen bewilligt, daß die Derogation in gemeinem Religion-Frieden dieses Reichs-Tags (inthalts, daß wieder denselben Religion-Frieden kein Declaration, oder etwas anders, so denselben verhindern oder verenden möchte, nit gegeben, erlangt und angenommen werden, sondern unkräftig seyn soll) mit merern Worten begriffen, obberürter unsrer Erklärung und Endscheid unabkömlich, aber sonst bey ihren Würden und Krefften bestehen und gelassen werden soll. Des alles zu vescem waren Urkund und mehrer Sicherheit haben wir diesen Brief mit eigner Hand unterschrieben, und unserm anhangenden Königlichem Siegel bekraftiget. Geben in unsrer und des H. Reichs Stadt Augspurg, den 24 Tag Septemb. nach Christi unsers lieben Herrn und Seeligmachers Geburth 1555. Unserer Reiche des Römischen im 25, und der andern im 29 Jahren.

FERDINANDVS.

(L.S.)

V.J.JONAS D. Vice-Cantzler.

ad mandatum Domini Regis proprium

L. KIRCHSCHLÄGER.

C 2

§. VIII.

## §. VIII.

Hinc variae  
quaestiones  
evolvuntur,  
& in primis,  
an jus emi-  
grandi vi  
pacis reli-  
giose fuerit  
volunta-  
rium.

Hucusque attulimus, quæ circa cedendam primam  
emigrationis legem in compositione pacis religiosæ a.  
1555. contigerunt. Nec dubitamus, quin ex penitiori  
rerum sic gestarum notitia quaestzionibus, in hanc cau-  
sam venientibus, non unis lux haut contemmnda ac-  
cendi possit. Ut specimenis loco unam alteramque  
seorsim attingamus, haut erit dividiae. Si igitur primo  
queratur, an ad casus tantum præteritos atque præsen-  
tes, an vero simul etiam ad futuros, tributam hanc sub-  
ditis religionis autonomiam & hinc relictam emigrandi  
licentiam referre licet; id confiteri nos oportebit, ex  
pacis religiosæ constitutione & eidem subuncta decla-  
ratione peculiari haut satis liquere, quod casus futuros  
æque ac præteritos & præsentes in animo habuerint le-  
gislatores; ac sane postremae decreti peculiari formula  
per annos longos & diuturnos statum præteriti temporis  
clare satis determinat. Licet igitur in hoc capite casus  
futuri iisdem juris principiis & regulis ac præteriti ni-  
tantur, in futuris tamen eventibus novæ legislatorum  
decisioni locum fuisse relictum arbitramur. Deinde,  
quod in Pacis Westphalicae instrumento æque ac in priori  
casu decisum deprehendimus, ut emigraturis trium  
aut quinque annorum spacium relictum sit, antequam  
migrandi necessitate teneantur; de eo sane nihil quic-  
quam vel in pacis hujus formula, vel ex allata ad ean-  
dem LLatorum intentione dispositum atque definitum  
colligitur. Porro nec discriminis, quod inter publicum,  
privatum atque privatissimum religionis exercitium in-  
tercedit, rationem quandam curatiorem fuisse habitam, in  
pacis hujus religiosæ tabulis reperiire licet. Ut igitur

ex

ex his & aliis forte capitibus pacificationis Westphalicae  
dispositionem non modo accuratiorem sed & longe  
aequiorem quoad hanc causam reputare quis posset: ita  
ramen, quod denique discriminis observare licet, ut lex  
emigrandi utrinque lata, in priori pacis formula ex par-  
te subditorum spontanea & voluntaria fuerit, in dispo-  
sitione autem pacis Westphalicae evaserit coacta & ne-  
cessaria, ita ut magistratus subditis diversae religionis  
emigrationem imperare possit, id sane ejusmodi est, ut  
non modo equitatem pacis religiosae hac in parte satis-  
tueatur & Westphalicae haut quamquam inferiorem red-  
dat, sed & superius adductarum conditionum defectum  
vel omnino excludat. Relicto enim penes subditos  
arbitrio, an migrare velint vel non, sane haut opus erat  
vel tempus praeteritum vel futurum præfinire, aut praefigere  
spacium aliquod, in quo emigratio, quæ adhuc  
voluntaria erat, suscipienda sit. Ipsum vero illud qua-  
stionis caput, an emigratio hæc religionis causa sponta-  
nea & subditorum arbitrio relista sit, ita ut nullo mo-  
do a suis territoriorum dominis ad eandem cogi potue-  
rint, id non modo ex allata ad hanc causam Legumla-  
torum intentione, quam prolixius adduximus, liquido  
satis appareat, sed & ipsa pacis formula, verbis: *an andern  
Ohrt ziehen und sich nieder thun wöllen*, illud rō velle  
ex parte subditorum citra ullam hæsitationem infert;  
ac denique, quæ accessit, Ferdinandi Regis peculiaris  
declaratio omnem dubitandi locum, si quis forte sub-  
esse posset, prorsus excludit, ubi sane Ecclesiastici ordi-  
nis territoriorum dominis, a quibus cummaxime fini-  
stra hujus legis interpretatio metuenda erat, validissi-  
mum obicem positum deprehendimus, ne in hac causa

subditorum jura invadant, atque id quod libertati illorum relictum est, in duriorem necessitatis legem convertant.

§. IX.

Hanc juris partem primis annis minus aper-te in discri-men voca-tam esse ostenditur.

Uut igitur ipsa luce clarius sit illa pacis religiosa dispositio, quod constitutum per eam jus & beneficium emigrandi ex parte subditorum voluntarium, minime autem necessarium atque territorii dominorum imperio subiectum sit: ex Pontificiorum tamen Statuum atque hominum parte hocce caupe caput cummaxime impeditum, ac vel nihil majori contentione atque nisu post aliquot temporis intervallum ab illis actum est, quam ut ipsam constitutam hanc legem hac in parte in-fringerent, &, si daretur, hocce libertatis & securitatis religionis in Germania palladium eriperent. Ut igitur commemoremus hoc loco, quid a Pontificiis in hac causa tentatum sit, nobis datum esse intelligimus, antequam ad pacis Westphalicae, in qua solennior hujus legis repetitio facta est, elucidationem progredi possumus. Primis autem ac proximis post pacem religiosam promulgatam annis Pontificiorum sacris addicti Status omnino se abstinerunt, ac subditis datam emigrandi libertatem minus parcusque sollicitarunt. Quin & ipsi Cæsares, FERDINANDVS I. & ejus filius MAXIMILIANVS II. indulgentiae, subditis in causa religionis exhibita, illustre prorsus eminentissimumque exemplum præiverunt; tantum enim abest, ut duram emigrationis necessitatem iisdem imponerent, ut potius in heretitariis Austriacis suis provinciis animos subiectorum, tributa in dies majori religionis & conscientiae liberta-

te,

te, sibi devincent. (\*) Ac licet haut prorsus deessent, qui inter Imperii Status Ecclesiastici ordinis, ut jam in condenda pace metus fuerat, ab invadendis sacris his subditorum juribus nonnunquam minus se temperabant; nam Salisburgenses Praesules, ut fractæ pacis religiosæ in hac parte semper prærogativam quandam, ita & pri-mitias sibi vindicasse, testibus idoneis comprobare in proclivi est: (†) ita tamen sub aliarum rationum atque causarum obfentu fucum his parum æquis molitionibus hucusque inducere licuit, ne violatae pacis documenta haberentur, atque omnino integrum esset, dicam fra-stæ legis ad tempus effugere. Ne dicamus, hujusmodi transgressores pacis, a Statibus Aug. Conf. officii sui monitos, tum temporis dictis hujusmodi haut prorsus immorigeros se præbuuisse, sed iisdem publicæ pacis & tranquili-

(\*) Ferdinandum Regem in Responso quodam jam a. 1556. d. XVI. Febr. provinciarum Austriacarum legatis dato, id di-serve testatum fecisse, quod non velit eos alio migrare, se religionis causa, perhibet SLEIDANVS, de Statu re-lig. & rep. Lib. XXVI. p. m. 863. Pluribus autem de faustis religionis Evangelica sub Ferdinando & Maximiliano inter Austriacos progressibus novissime post alios edotti sumus a Pl. R. Bernb. RAVPACHIO im Evangelischen Oester-reich, Hamb. 1732. in 4.

(†) Post conclusam pacem religionis Salisburgensem Praesulem, Michaelem, haut statim a capta paulo ante subditorum per-secutione destitisse, commemorant Continuatoris SLEIDA-NI apud OS SCHADÆVM P. I. Lib. II. §. 22. it. §. 51. sqq. & Ad. HENRICPETRI P. I. Lib. III. p. 130. 139. Qui-bus præeuntibus hujus rei, cuius vix meminerunt scriptores recentiores, rationem & modum pluribus exposicurus sum in Salisburgo Evangelico, quod adhuc pre manibus est.

tranquillitatis causa locum apud se reliquisse, cujus rei  
indicia non una quoque in promptu sunt.

## §. X.

Sed illud Exactis autem viginti integris fere post pacem con-  
post 20. de- clusam annis, a Statibus Pontificiorum partibus addicatis  
mum annos factum est, haec sacra, in subditorum gratiam constituta, jura aperte  
& quid hinc magis in discrimen adduci coeperunt, ac disceptationi-  
de eo disce- pratum in publicis imperii comitiis prolixiorem locum fe-  
re-  
conventu- cerunt. Fuldensis Abbas, cui Balthasaris nomen erat,  
Electorum incolis metropoleos sua sacrorum Aug. Conf. liberta-  
a. 1575. tem, inde a sex praecessoribus suis partam, erupturus,  
itemque Archi-Præstul Moguntinus tentata eadem au-  
steritate in ordinem equestrem, qui suo imperio in  
traçtu Eisfeldensi parebat, præter cæteros ansam dabant  
querelis, ab oppressis illis subditis ad capita Statuum  
Protestantium delatis. (\*) Illud dum fieret a. 1575. pro-  
pe jam instabat Ratisbonæ Imperii Electorum conven-  
tus, in quo, vivo adhuc Maximiliano II. Cæsare, Ru-  
dolphi filii in Regem Romanorum electio peragenda  
erat. Ut ibidem sollicitatae subditorum religionis liber-  
tati prospicerent, occasionem peropportunam nole-  
bant dimittere tres illi, qui aderant, Electores secula-  
res, Palatinus nempe, Saxo & Brandenburgensis. Non-  
modo

(\*) Ita tradit David. CHYTRÆUS in Saxon. Lib. XXIII.  
p. 629, & ex eo J. A. THVANVS Lib. LXII. edit. Frft.  
1625. p. 153, it. Mich. ab ISSELT Hist. sui temp. ad a.  
1576. p. 477. & Mich. Casp. LONDORPIVS in Conti-  
nuat. Sleidani Tom. II. Lib. XVI. p. 271. nec diffitetur  
Franc. BVRGKARDVS de Autonomia P. I. Cap. VI.  
p. 80. Plenius tamen ex Actis refert LEHMANNVS Lib.  
II. Cap. IX. & X. p. m. 257. sqq.

modo enim Maximiliano Cæsari illas subditorum querelas exhibebant, sed & futuris vexationibus fortius aliquod remedium allaturi, nihil huic causæ magis aptum esse judicabant, quam ut declarationis istius a Ferdinandi I. a. 1555. in gratiam subditorum data, in concinanda nunc nova lege Regia (capitulationem vocant) ratio haberetur, ejusdemque mentio suo loco post pacem religionis vel duobus verbis inferretur. Sed quid fit? Electores tres reliqui Ecclesiastici ordinis, qui sacris Pontificiis vel ex officii ratione addicti sunt, hic mox obvertunt, de peculiari hac Ferdinandea pacis religiosæ declaratione nihil prius quam hoc ipso tempore sibi vel visum vel inauditum esse, atque suos vel aliorum Principum ac Statuum Consiliarios, qui consultationibus pacis adfuerint, ac etiamnum in vivis sint, haut omnino sibi consciens esse, neque etiam in publicis imperii tabulis & protocollis ulla reperiri vestigia, quod hujusmodi quid in deliberationem unquam venerit. Ac si vel maxime inscia alterutra parte isthac declaratio impetrata sit, dum in forma authentica & probante illam sibi exhibtam atque ostensam haut prorsus negare sustinerent, esse tamen sibi haut integrum, ut eidem inconsultis aliis Statibus, quorum intersit, vim legis addant, multo minus, ut in condendam nunc novam legem Regiam ejusdem mentionei inferre permittant. Post longam disceptationem, ubi Electores seculares veram impetratæ & sibi haut citra reliquorum Statuum assensum datae hujus declarationis rationem & modum prolixè ostendebant, idque etiam, quod Electorum duntaxat non vero cæterorum Principum ac Statuum juris

3

fit,

Sed Pontificii multis rationibus comprobabant, nihil tamen his omnibus se moveri patiebantur Ecclesiastici Ordinis Septem-Viri, adeo quidem, ut per aliquot dies, cum de lege Regia haut inter Electores convenire posset, totum electionis negocium cessaret, ac vel metus omnino esset, fore, ut & id ipsum sperato successu destitueretur.

Ipsum tamen Cæsarem cum demum propter hanc causam interpellarent Seculares Septem-Viri, eundemque etiam partibus suis conciliassent, is quidem nihil omittebat, ut dissidium inter utramque partem compонeret: sed nec huic dabatur, ut ab Electoribus Ecclesiasticis impetraret assensum in postulata Protestantium, sibi fane haut iniqua visa. Ne tamen irrita prorsus essent electionis negocii destinata, cum multum laboraret Cæsar, atque, quo flectere Ecclesiasticos Septem-Viros posset, nihil inveniret, ad Seculares illos & Protestantes demum conversus, hos tandem precibus suis demulxit, ut nunc quidem de jure suo remitterent, ac illam sponsionem acciperent, qua Cæsar pollicitus erat, se in proximis imperii comitiis, quæ indicatus sit, de tota hac causa ad plenum Statuum Senatum relaturum, atque id daturum operam, ut tum votis illorum satisfiat. (\*\*\*) Atque sic difficultate hac tantisper seposita, paucis post diebus electionis negocium ex voto procedebat, ubi Rudolphus Cæsaris filius Rex Romanorum d. XXVII. Oct. omnium suffragiis creabatur.

(\*\*\*) Et hoc in integris actis habentur apud LEHMAN. NVM l.c. Cap. XIV. XV. XVI.

§. XI.

## §. XI.

Proximo statim anno 1576. indicata Ratisbonæ comitia imperii celebrabantur, ubi ex datis a Cæsare promis fis medela omnibus Statuum Protestantium querelis aferenda erat: nam præter hanc subditorum causam & alia dabantur gravamina, quibus contra pacis religioſe decreta se paſſim onerari diu jam conquesti erant. Mox autem in comitiorum ingressu cum Statuum Protestantium Legati intelligenter, in ipsa propositione Cæſaris, quæ auxilium contra Turcas ferendum vel unice urſerat, nullam praeterea mentionem gravaminum religio niſi fuisse factam, id illis non poterat non esse grave atque molestum. In instituta igitur hac super re delibera ratione, postquam de modo, quo Cæſar de hac cauſa monendus fit, nonnihil disceptatum erat, (\*) placuit

D 2 tan-

Ac cumma-  
xime de eo  
utrinque  
certatum es-  
ſe in comi-  
tis Imp. Ra-  
tisbonens.

1576.

(\*) De ratione hujus diffidii inter Protestantes CHITRAEVIS l.c. p. 629. quem iterum sequuntur THVANVS, ab ISSELT, & LONDORPIVS II, ec. ita refert: Saxonici Legati, non ut a parte supplicante, per libellum, sed in prima convocatione Senatus Imperii, per vota seu suffragia moneri Imperatorem voluerunt, ut juxta promissum superiori anno factum, ante omnia hanc religionis causam, veluti non ad privatos, sed publicam Imperii salutem pertinentem, tractari & decidi patetur. Cæteri vero, quia nihil de eo esset propositum, supplicationem exhibendam esse & comminationem de Turcicis auxiliis, ab hac parte (niſi postulata impetrarent) non contribuendis, intexendam censuerunt. Hanc conditionem cum nollent infcri Saxonici, cæteri nihilominus, exclusis reliquis causam ſemel ſuceptam, irrito tamen eventu, egerunt. In quibus hucusque ſatis bene cum abitis, quæ hu-

tandem exhibitis supplicibus literis, integras hasce querelas ac velut denuo ad Cæsarem deferre. Urgebant hanc causam cum maxime legati Electoris Palatini, quod ille in rebus Protestantium & Evangelicorum directoris partes sibi tum temporis sumeret; traditaque Cæsari d. XXIX. Junii a Palatino Cancellario D. Gerhardo Pastorio supplicatio, Aug. Conf. sociorum nomine concepta, quod ad caput de subditorum autonomia, quæ superiore

Ubi Ferdinandi Declarat. Protestantes il latam volunt comitiorum decreto.

anno in comitiis Electoralibus acta sint, gravi commemoratione repetebat: addebatque hanc petitionis summam, velit Cæsar in id curam intendere, ut pax religiosa in omnibus suis capitibus & vel maxime etiam subditorum intuitu, sancte illateque servetur; idque ut his comitiis efficiatur, hoc in primis opus fore, ut Declaratio illa Ferdinandi Patris in gratiam subditorum lata, praesentium comitiorum decreto inferatur, cuius postmodum communicatio cum judicio Camerali fiat, ut illud in hujusmodi causis non amplius mandata cum clausula, ut hucusque factum, sed sine omni clausula posthac decernat. (\*\*). Retardato Cæsaris ad hanc sup-

plicatio-

jus rei meminerunt, convenit apud LEHMANNVM Lib. II. p. 301. sq. it. p. 382. De Saxonum vero motionibus, que porro adduntur apud CHYTRÆVM, tacent acta, quibus proinde nec tribuere quidquam possumus.

(\*\*) Que per integrum hunc §. traduntur, in iis sequimur fidem publicorum actorum, que non modo apud Collectorem partis nostraria LEHMANNVM Lib. II. Cap. XVII. usque Cap. XLIII. incl. p. 284 - - 412 occurunt, sed & ipse Pontificius scriptor, Franc. BVRGKARDVS, eadem maximam partem servavit, de Autonomia, P. I. Cap. VI. p. 82 - 110. sub que passim glossematis illustravit.

plicationem responso, Protestantes porro causæ suæ non deerant, sed ut illud impetrarent, d. X. Jul. iterato urgebant: dabaturque tum quidem responsi loco d. XIV. Julii Cæsareum aliquod decretum, quod tamen votis illorum parum satisfaciebat, dum in capite de autonomia subditorum generatim, atque de Ferdinandea declaracione in vim legis publicæ transferenda, Cæsar haut inconsultis Statibus, Pontificiorum sacris addictis, se decernere posse caussaretur. Dato hoc Cæsaris responso cum causa Protestantium in longam difficulterque disceptationem adducta, locusque rixosis inter utramque partem contentionibus factus esset, ut ex amcebeis, quibus utrinque certatum est, scriptis sigillatim referamus, prolixum nimis atque tedium foret. Dabimus tamen summam rerum per compendium. Pontificii Status post communicatas sibi Protestantium querelas, Declarationem illam Ferdinandi cummaxime infringere nitebantur, non modo rationibus usi, quibus Ecclesiastici Septem-Viri candem jam superiori anno impugnaverant, sed & ut vim ejus obligandi vel proflus labefactarent, id molestius urgebant, quod declaratio illa pacem ipsam religiosam ætate supereret, cum pax d. XXV. Sept. conclusa, declaratio autem jam die præcedente XXIV. data perhibetur; at vero matrem filia juniores esse, ipsis naturæ ac rationis legibus repugnare. Deinde & ipsi pacis formulæ subjectam esse clausulam, quæ omnibus contra hanc pacem vel datis olim vel unquam dandis declarationibus deroget; quæ & alia arguento sint, quam parum huic declarationi, qua se nunquam constringi passuri sint, tribui debeant. Sed Protestantes vicissim causæ suæ iterum ite-

D 3 rumque

rumque subvenientes, declarationi isti tantopere impenitæ, ex rei quandam gestæ & a nobis etiam recensitæ serie, facile præsidium afferebant, neque etiam in ea contineri admittebant, quod pacis sanctioni contrarium sit, dum verum potius genuinamque ejus sensum in clariori duntaxat luce collocet. Præterea etiam ingenitem querelarum ac gravaminum cumulum, qui ex hac legis transgressione potissimum natus, & sibi in comitiis degentibus novissime transmislus sit, Cæsari aduentis precibus exhibebant, ut illis modo aliquoties indicato præsens remedium afferret, quod ni fieret, sibi nec in mandatis esse testabantur. Legati, ut ad reliqua Cæsaris postulata, & ad conferendam in auxilium contra Turcas symbolam, Dominorum suorum nomine assensum præberent. Quanquam hac postrema conditione Cæsarem urgendum esse haut censerent Legati Saxonici tum Eleitorales, tum Vinarienses Coburgensesque, atque hinc secessionem a reliquis facerent, quod vel in primis Protestantium causæ fraudi fuisse quilibet facile intelliget. Mox namque Pontificii, hinc causæ suæ fidentiores facti, post ibant multo audaciores, ita quidem ut palam testatum facere haut vererentur, se haut latum unguem in gratiam Protestantium cessuros, & de Cæsaris voluntate se esse persuasissimos, quod nec ille ipsis invitis latiorem portam Protestantibus aperturus sit. (†) Quare id vel dicis causa factum esse perspicitur, ut in vicem gravaminum, a Protestantibus seorsim exhibitorum, & Pontificii ex parte sua gravaminum quorundam congeriem configerent, quibus a Protestantibus se vicissim premi videri volebant;

(†) LEHMANNVS Cap. XXXVI. p. 382. sqq.

Sed nec hic  
Pontificios  
expugnare  
possunt.

bant; namque hæc Cæsari d. XIX. Sept. tradita, haut fuisse digna auf tanti judicata, ut cum Protestantibus communicarentur, ipse *Francisc. BVRGKARDVS* fateri cogitur. (††) Atque sic tandem post longas hujusmodi disceptationes, quibus Maximilianus Cæsar sententias latas d. XXV. Aug. d. XXIV. Sept. atque d. V. Oct. interponebat, idque iterato negabat, se Declarationi illi Ferdinandæ, quam suo quidem loco relinquat, novum pondus posse addere, interim tamen id operam se datum affirmabat, ut pax religiosa sancte servetur, subnatisque gravaminibus modis quibuscumque aliis, atque per subdelegatos judices, vulgo Commisarios vacant, hinc inde missos medela afferatur; quibus omnibus etiam licet minus tribuerent, & in sententia sua persistarent major pars Protestantium, finem tamen toti tractationi imponebat mors Cæsaris Maximiliani, qui d. XII. Oct. in ipsis comitiis decedebat, eodem die, quo Protestantes facto inter se decreto paci erant, se furtis testisque hucusque juribus suis pro communi causa posthac unitis viribus esse decertatueros.

(††) *De Autonomia l.c. p. 96.*

### §. XII.

Hucusque ex publicis Imperii comitiorum consul-  
tationibus atque decretis in hanc causam actorum se-  
riem exhibuimus, sed nec prætermittendum erit de  
opera & laboribus privatorum, in hanc rem tum tem-  
poris exantlatis, aliquem nunc porro subjecere recen-  
sum. Horum autem ex utraque parte conatus passim  
deprehendimus. Protestantes primum dabimus; ex  
quibus qui primus nobis innotuit, *D. Andr. ZOCHIUS,*  
Mar-

Quid indu-  
stria & labor  
privatorum  
pro causa  
sua tuenda  
elucubrave-  
rit.

tum ex par-  
te Protestan-  
tium.

Marchionis Brandenburgensis Consiliarius, supra iam  
nobis landatus, aliquot annos, antequam hæc causa in  
publicum comitiorum certamen adduciebatur, a Gerh.  
Pastorio, Palatino Cancellario, de vera sententia paci-  
fientium in Comitiis Augustanis 1555. quibus ille pars  
adfuerat, in literis rogatus, hunc de libera prorsus re-  
licta subditis emigrandi facultate, ex verbis & mente  
pacis religiosæ certissime edocuit: quod ejus responsum,  
datum Mulhusæ d. XVII. Jul. 1572. adhuc habetur sub-  
tit. Andreas Zocher, Churf. Brandenburgischen Raths Schrei-  
ben, wegen des Verstandes des Religions-Friedens, den  
Puncten die Unterthanen belangend an D. Gerhart Pastori  
An. 1572: (a) Deinde ex parte Protestantium privato-  
rum laboribus accensemus duas commentationes, quaæ  
tempore comitiorum Ratisbonensium lucem adspexe-  
runt, ex quibus prior sub hoc indice: Beweisung, daß  
Vermöge des Passauischen Vertrags, und Abschieds des Aug-  
spurgischen Reichs-Tags A. 1555. die Bäpſtlich Obrigkeit  
nicht Macht habe, die Underthanen der Augspurgischen  
Confession halber irgende auf eine Weiß zu verfolgen, viel-  
weniger dieselben aus dem Land zu treiben, und ihre Güter  
zu verkauffen zu zwingen, (b) vi promissorum, ex ipsis  
pacificationum tabulis atque sanctis potissimum sibi  
demonstrandum sumit, quod omnimoda subditis com-  
petat

(a) Servatum est nobis a LEHMANNO Lib. III. Cap. XLVI. p.  
m. 563. sqq. conf. supra §. V. not. (†)

(b) Ut hoc istius evi monumentum ad nos transmissum sit,  
debemus Francisc. BVRGKARDO de Autonomia P. I. Cap.  
VIII. p. 121. sqq. ubi etiam de autore, quem injuriose tractat,  
ita judicat, illum vel ipsum FLACHVM, vel aliquem sui  
similem fuisse.

petat autonomia, neque illorum jus emigrandi in dominorum arbitrio positum sit: in altera vero eidem causae praesidium porro adjungitur ex decantata illa Ferdinandea Declaratione, quam cummaxime urget, qui illud scriptum exhibuit, hoc titulo insignitum: *Kurtzer Bericht und Anzeig, daß die Betrangnuß und Beschwerungen, so den Underthanen, die sich zu der Lehr der Augspurgischen Confession bekennen, von ihren Obrigkeiten hin und wieder im heil. Reich begegnen, dem Religions-Frieden entgegen, und derhalb abzuschaffen seyen.* (c) Post comitia Ratisbonensia a. 1576, de autonomia religionis, subditis reliqua & emigrandi licentia, in eorundem quoque arbitrio posita, coram judicio Camerae Imperialis cummaxime disceptari coepit; cui negotio querela Bernhardi a Drolshagen, nobilis Westphali & praedii Lückenbecke dynastæ, cuius intuitu Monasteriensi Episcopo vasallagii lege obstrictus, sed & in libero sacrorum Aug. Conf. usu turbatus erat, aliæque hujusmodi causæ, proximam ansam dederant. Hic namque in quæstionem venerat, quod Protestantes jam in superioribus comitiis decidi, omnemque hinc disceptandi locum sollicite caveri annisi erant: an causæ de vero sensu pacis religiosæ motæ ad judicium Camerae pertineant, & an in hujusmodi causis ad partium preces

E

man-

(c) Illud quoque exhibet BYRGKARDVS l.c.p. 128. sqq. qui & de auctore Calvini partibus additio, quem abutum magis & aculeatum censet, angurium facit: plenius tamen de eodem edocemur a LEHMANNO Lib. II. Cap. XVII. p. 284. sqq. ubi idem hoc scriptum recitat, idque a Palatini Septem Vi- ri Consiliariis, ad consultationem in comitiis a. 1576. reliquis cause sua sociis oblatum esse simul refert.

mandata vel cum vel sine clausula decernere expediat?  
Atque tum quidem in habitis super hac quæstione deli-  
berationibus, in longe diversissimas partes ibant came-  
ralis judicij adseffores, aliis Pontificiorum sententiam  
eousque tuentibus, ut pacis religiosæ beneficio, quoad ex-  
ercitium sacrorum liberum, Status tantummodo imme-  
diatos, neutiquam vero subditos gaudere defenderent;  
aliis vero non minori contentione pro subditorum omni-  
moda religionis autonomia stantibus, & pro hac sua  
sententia juxta cum manifesta pacis dispositione & ad  
ipsius declarationem, a Ferdinando Cæsare quondam  
datam, provocantibus. (d) Unde & tum quoque factum  
est, ut in tanto suffragiorum dissidio nihil decernere-  
tur, sed hæc tanti momenti causa haberetur, quæ Cæ-  
sarea & communi omnium Imperii Statuum decisione  
digna esset: atque hanc quidem ut impetrarent, id sibi  
faciendum esse putabant judices Camerale, ut dubia  
hinc sibi enata ad imperii comitia, quæ eodem tempo-  
re, imperante nunc Rudolpho II. Cæsare, Augustæ  
Vindelicorum a. 1582. celebratabantur, ex utraque parte  
referrent. Ubi tamen, quid ad præcidendam hanc litem  
remedii allatum sit, deinde inter publica hujus causæ  
gesta paucis attingere licebit: hic vero inter privat-  
orum labores locum damus illi subditorum partis defen-  
sori, qui ex Protestantibus ad oblatas quæstiones illas du-  
bias omne illud rationum atque argumentorum pondus  
atque robur exhibuit, iisdemque adjunxit, quod ad tuen-  
dam subditorum in capite religionis autonomiam, ac  
neutiquam sub ratione necessitatibus, sed voluntatis po-  
tius liberæ latam emigrationis legem in aprico collo-

(d) Vid. LEHMANN. Lib. III. Cap. XXII. p. 169. sqq.

can-

eandam, momentum aliquod trahere poterat. (e) Post hunc denique publicæ litis fervorem nec defuerunt porro, qui in scriptis privatis causam Protestantium defendentur. Seculo XVII. ineunte adhuc floruit Petr. FRI-DERVS s. Fridericus, a patria MINDANVS dictus, qui apud Francofurtenses Syndici munere functus est: isque edito libello de processibus & mandatis in Camera Imperiali extrahendis, Lib. I. Cap. XXX. de beneficio emigrandi sollicite inculcat atque defendit, id minime necessitatis, sed liberæ voluntatis esse. (f) Post hunc alias quidam Celebris JCTus, Otho MELANDER, qui ipsi Cæsari a Consiliis aulicii judicii fuit, *commentarium de constitutione super pace religionis perbrevem publici juris* fecit, in qua §. XII. eandem Frideri sententiam repetiit ac rationibus firmavit, quin & a dubiis quibusdam liberavit; (g) Petrum SYRINGIVM denique, sub nomine just. SPRINGERI, itemque Henr. Andr. CRANIVM, utrumque ad pacem religiosam commentatos, graviter hoc nomine incusant Dillingenses, quod autonomiam subditorum omnimodam & Ferdinandæ declarationis authentiam denuo propugnare haut erubuerint. (h)

E 2

§. XIII.

(e) LEHMANN. L. III. Cap. XXIX. p. 268. sq.

(f) Prodiit libellus multoties ab a. 1597. Excerpta etiam quoad nostram causam exhibuit LEHMANN. l.c. XXXIII. p. 315. sqq.

(g) MELANDRI *commentarijunculam*, seorsim vix obviam, integrum inseruit LEHMANN l.c. Cap. XXXII.

(h) Vid. Compositio pacis in *Præfat. it. Quæst. XLIV.* n. 132. & alibi p. 268. CRANII *Dissert. de pac. relig.* LEHMANNO continuato & supplerio, qui a. 1709. prodiit, etiam inserte leguntur. Plura quoque in hac rem attulit novissimus interpres *Ad. CORTREJVS*, licet loco, ut nobis creditur, alieno, nempe ad Art. XIII. 426. sq. Probe tamen hanc causam ex aliis & histor. monumentis excusfit, ut proinde & hoc cum fructu conferri queat

## §. XIII.

Tum ex  
parte Pon-  
tificiorum.

bus in genere notandum venit, illos non uno eodem modo circa hoc negocium versatos esse. Primo enim tempore, qui destinationibus Protestantium se opponebant, rationes undique conquisitas, quibus & publice in comitiis usi erant, obvertebant: Declarationem Ferdinandi autem loco suo relinquebant, dummodo vim obligandi eidem derogarent: id quod fecerunt judicii Cameralis adsesores, qui in litibus ibidem disceptatis a partibus Pontificiorum stabant, ubi &c, qui in causa supra memorata Drolshageniana tertio loco suffragium tulit, nihil omisit, ut autoritatem Declarationis Ferdinandea infringeret & loco suo dejiceret. (\*) Eadem adhuc via institisse reprehenditur *Franciscus BVRGKARDVS*, præcipuus alioquin factionis suæ promachus, dum in libro de *Autonomia*, vernaculo idiomate vulgato, omnem movit lapidem, ut constitutos in pace religiosa limites subverteret; is tamen, quam infensum etiam se præbeat omni religionis autonomiae, eandemque legibus quibuscumque divinis atque humanis repugnare operose contendere audeat, ipsam tamen Ferdinandi declarationem in dubium vocare haut sustinet, sed id tantum, quibus illa in materia atque forma laborevit vitiis atque defectibus, prolixe ambitione que ostendere fatigat. (\*\*)

Ut autem ad convellenda

pacis

(\*) Apud LEHMANN Lib. III. Cap. XXII. add. Cap. XXX.

(\*\*) Vid. BVRGKARDVS P. III. Cap. XXVI. - - XXXVII. edit.

Monach. 1593. p. 350. sqq. Plura, que ad penitorem auctoris

atque libri notitiam pertinent, novissime attulit Christ.

Aug. SALIG. in Hist. Aug. Conf. Lib. IV. Cap. III. §. 13.

pacis religioſæ jura, jam ante Seculi XVI. finem, Burgkar-dus iste classicum cecinisse jure censendus est, ita inter eos, qui post Seculi XVII. ingressum ejus vestigia presserunt, nulli voluerunt cedere JCTI DILLINGENSES, sub quorum personali FORERVVM, LAYMANNVM, aliosque eorundem gregales Jesuitas militasse in confessio est; imo quod ducem illum suum audacia & impudentia longe superarint, in hoc ipso controversæ nostra causa capite satis comprobarunt. Ii namque in edito a se libello, sub tit. *Compositio pacis*, ad caput de subditorum autonomia & data in gratiam illorum declaratione Ferdinandi, Cap. VI. Quæst. XLIV. devoluti, non erubescunt amplius, authentiam Cæsarei istius diplomatis suspectam ac prorsus dubiam reddere, illudque a Lutheranorum Prædicantibus, quos vulgo vocant, confitum atque suppositum contendentes; hoc adeo velut Alexandri gladio istum Gordii nodum se uno iectu prosternere posse fiderenter satis persuasi. (†)

E 3

§. XIV.

p. 788. sqq. qui & toto hoc capite infinitas illas privatorum molitiones, quibus in scriptis suis A. C. & paci religioſæ in universum se infestos præbuerunt, magno agmine adducit & post alios diligentius dijudicat.

(†) Et hunc quoque librum curatius percenset SALIG l. c. §. XV. p. 791. Questionem illam XLIV. juxta cum aliis quibusdam, ut nos prætermitteret, quod & pro altera parte faciebat, inseruit quoque LEHMANN. Lib. III. Cap. XL. p. 447. sqq. Cæterum ut impudentissimam istam criminacionem de supposta Ferdinandi declaratione refellamus denuo, haut opus esse existimamus, cum datus a nobis ex actorum publica si-de recensus, vanitatem illius convicci satis arguat, & vel pertinacissimum quemcunque adversarium de rei veritate convincere debeat. De exemplo ipsius declarationis authen-

## §. XIV.

Quid porro  
in comitiis  
Imperi sub  
Rudolpho  
II. & Mat-  
thia circa  
hanc cau-  
sam actum.

A privatorum conatibus ad publica imperii nego-  
cia, velut e diverticulo in viam nobis redeundum est.  
Post mortem Maximiliani II. Cæsar, ubi substitutus,  
prima comitia sub RVDOLPHO II. Augustæ Vindeli-  
corum a. 1582. celebrabantur. Largam satis materiam  
tractandorum religionis gravaminum in his quoque  
comitiis sufficiebant querelæ, quæ tum ex superiori  
tempore indecisæ restabant, tum etiam recentes motæ  
erant; in quibus, quod liberum religionis exercitium,  
subditis præstandum, in dies ac magis magisque attere-  
retur, non ultimum locum occupabat. Sed tamen, ut  
in superioribus comitiis frustrata omnis Protestantium  
opera fuerat, ita & hic quoque ex precibus & inter-  
cessionibus, quibus hanc causam apud Cæarem & Sta-  
tus Pontificios, missa tantisper declaratione Ferdinandi &  
ejusdem confirmatione, nunc juvare cœperant, parum  
ac nihil omnino levaminis afflictis subditorum rebus  
adferebat. (a) Quod etiam dubiorum, quæ ex hoc  
negocio a cameralis Judicii adfessoribus mota & comi-  
torum

tico & originali id tantum addimus, fuisse illud servatum  
in archivio Electoris Saxonie & a. 1575. in conventu Septem-  
Virali ipsi Electorum Ecclesiasticorum oculis exhibut, ac  
tum quidem minime improbatum: potuit & ab eo desum-  
ptum apographum, quod publici scribe manus firmaverat,  
Wittebergense judicii Electoralis aulici tabularium ostende-  
re; quid, quod & eo tempore exemplar ejusdem rite signa-  
tum (registrante Copie) in ipsa Cæsarea cancellaria adhuc  
repertum sit; ut idoneis testibus comprobatur apud LEH-  
MANNVM Lib. II. Cap. XVIII. p. 290. & Cap. LXX. p. 556.

(a) Acta sat prolixa exhibet LEHMANN Lib. II. Cap. XLIV -  
LXIV.

tiorum confessui oblata esse, jam superiori §. XII. com-  
memoravimus, ratio aliqua fuerit habita, ex nullo fe-  
re indicio colligere licet: id satis liquet, decisionem  
illis additam esse nullam: dum anno sequente 1583. in  
Cameræ visitatione ordinaria instituta, eadem adhuc  
quæstiones agitatæ sint, ubi qui ex parte Protestantium  
Visitatorum munere fungebantur, Brandenburgensis  
Septem-Viri & Civitatum Imperii liberarum Delegati,  
interposita solenniori protestatione, vim decreti, quod  
pars adversa suffulta majori suffragiorum numero latu-  
ra erat, & caussis Protestantium iniquius esse judicaba-  
tur elidere conati sunt. (b) In comitiis, posthac Rudol-  
pho II. imperante Ratisbonæ 1594. 1598 & 1608 habi-  
tis, haut magis subditorum necessitatibus subvenire da-  
tum est, licet Protestantes in cæterorum gravaminum  
cumulo, qui in dies augebatur, hanc querelarum par-  
tem velut haut postremam strenue urgere & juribus,  
pace religiosa & data ejusdem a Ferdinando declaratio-  
ne optime fundatis, stare immoti non desinerent. (c)

Ut

(b) *Ipsa illa protestatio habetur apud LEHMANN. Lib. III. Cap. XXXI. p. m. 289. sqq.* Patet autem ex hoc, Recessum Im-  
perii novissimum a. 1654. §. 132, qui inde ab anno 1582. nul-  
lam visitationem cameralis judicij ordinariam institutam  
esse perhibet, in eo vel impingere in historiæ ac chronologicæ  
rationes, vel etiam easdem Cameræ visitationes, quarum  
eventus interturbatus fuit, reliquis haut commumerare. Jo.  
LIMNÆVS quoque ad a. 1588. denum cessasse ordinariam  
Cameræ visitationem, tradit Jur. Publ. Tom. III. Lib. IX.  
Cap. II. n. 198. juxta que fas erit interpretari, que in banc  
causam affert Burc. Gotth. STRIVIUS in Syntagm. Jur.  
Publ. Cap. XX. §. LXXVII. p. 1202. sq.

(c) *Hec pulribus legi possunt in Actis apud LEHMANN. Lib. II.*

Ut autem in dictis ultimis comitiis a. 1608. quæ absque ullo decreto factò dissolverbantur, cummaxime accensa est illa animorum dissensio inter Status, qui religionis causa divisi erant, & mox in factiones apertas abibant, quarum altera Unionis Evangelicæ, altera Ligæ Catholicæ nomine venire consuevit; ita Protestantæ tum repetitam pacis religiosæ confirmationem urgentes, eo cummaxime offendebantur, quod ex parte Moguntini Septemviri, tanquam Imperii Germanici Archi-Cancellarii & comitiorum Directoris, qui inter scribas ejus prælectoris vices peragebat, cum de postulatione ista Protestantium, cui quidem Cæsar assensum minime denegarat, in literas referendum esset, loco pacis religionis (*des Religions-Friedens*) cujus confirmationem petierant, litigium religionis (*den Religions-Streit*) legisset, & reliquis calamo excipientibus dictatasset. Quod sane de industria factum, & nonnisi ad eludendam æquissimam petitionem suam pertinere, Protestantibus haut difficulter subolebat. (d) Ejusmodi quoque eventus

erat

*Cap. LXV - - LXXXIII. & per compendium ap. Carol. CARAFFA, German. Sacr. restaurat. p. 40.* Nubem vero testium aliorum affert Jo. Frid. PFEFFINGER in Memorabil. Sec. XVII. p. 252.

(d) *Id namque bis verbis queruntur Protestantæ apud LEHMANN. Cap. LXXI. p. 503.* Dieweil der Mayntzische Leitor bey Dictirung angeregter Confirmation ausdrücklich vor *Religions Friede*, *Religions Streit* dictiret und gelesen, der mehrheitheils Scribenten es auch also nachgeschrieben, so hat solches den Evangelischen Ständen ungleichs Nachdencken verursacht, da sie den Religions-Frieden mit sich auf den Reichstag gebracht, daß sie nun einen Religions-Streit wieder anheim führen solten.

erat comitiorum, MATTHIA Cæsare fasces imperii teneunte, Ratisbonæ a. 1613. celebratorum : cum enim Status Protestantes , qui post unionem inter se constabilitam Correspondentium titulum sibi sumferant, nullam oblatis a se religionis gravaminibus, quæ inter subditorum causam minime præterierant, medelam afferri cernerent, illi nec ullis in his comitiis sanctis legibus atque decretis se teneri patiebantur, sed publica interposita protestatione e comitiis hisce demum discedebant. (e) Qui irritus sane comitiorum exitus, utut jocose, ex vero tamen a morione Cæsar, qui Nell dictus fuit, nobis jam tum adumbratus creditur. Is namque libellum novum eleganter compingi sibi curaverat, eumque manu semper gestabat. Cæsari, qualis esset, roganti respondebat: contineri in eo Acta comitiorum Ratisbonensium. Erat autem liber is ex charta munda compositus, cuius hanc causam, cum evolveret, nihilque in eo scriptum reperiret Cæsar, dabat mortio : quia nihil in comitiis actum, ego etiam nihil in libro scribere potui. (f)

(e) Juxta acta IBID. Cap. LXXIV. -- XCHI. & quos plures in testimonium advocat PFEFFINGER l.c.p. 465.

(f) Lepidum illud factum iisdem fere verbis bis recitat Sigism. FREYBERGER in German. perturb. & restaurat. P. II. Disc. ult. p. 240. & P. III. Disc. III. p. 21. sq. ex quo illud repetit Imman. WEBER in Syllog. Rer. temp. Matthiae Cæsar. gestarum Cap. II. §. 1. p. 15.

### §. XV.

Post Mattheum, cum FERDINANDVS II. rerum Tempore in Germania potitus esset, nihil amplius in negocio re- autem Ferdinandi II. ligionis pacate gestum esse, prolixiori commemoratione principium

F

ne

huic causa  
vulnus infi-  
ctum.

ne nostra non adeo indiget. Pro nostro instituto id tantum exponendum erit, quomodo cum vulnerata subditorum causa in iis rerum angustiis porro actum sit: ubi sane, quicquid juris pro libero non modo eorumdem religionis exercitio, sed et emigrandi beneficio in libero eorundem arbitrio relisto vel olim impetratum, vel hucusque licet nonnunquam ægre fatis defensitatum fuit, nunc prorsus susque deque habitum ac velut pedibus conculcatum deprehendemus. Ut autem mittamus, quomodo facto, juribus & privilegiis pridem partis iniquo, cum regionum diversarum incolis & subditis actum sit, cuius sane rei triste fatis spectaculum ipse Ferdinandus Cæsar in hereditariis suis Austriacis provinciis, Bohemiaque item atque adjacentibus terris exhibuit: (a) Id modo spectabimus, ut, quid ipsi huic juri, quod ad universum imperium pertinebat, obmotum sit, ut vel contrariis edictis abrogare illud vel infringere minimum daretur, quod nostræ potissimum considerationis est, ob oculos ponamus. Hanc vero illustrius aliquod & magis conspicuum hujus rei documentum afferre licebit, quam ex decantatissimo illo *Editto restituitionis honorum Ecclesiasticorum*, a. 1629 die VI. Mart. a Cæsare Ferdinando II. promulgato, in quo sane & subditorum causa prorsus conclamata ac vel penitus ad nutum

(a) *Hoc licet intelligere ex decretis Ferdinandi plurimis, que ex Cancelleria Bohemica, Austria, aliarumque provinciarum hereditiarum ingentibus plaustris adserit Carol. C. A. RAFFA in German. Sacr. & restaurata. P. II. que diplomatica est. De sacris A. C. in Terris Austriacis tempore Ferdinandi II. sublati, scorsim legendus Bernh. REILPACH I. c. p. 263 sgg.*

nutum & consilium illorum belli incentorum, quos nonnullos inter privatos Pontificia partis scriptores supra attigimus, gesta atque decisâ esse reperitur. (b) Ac de ipso illo edito Ferdinandi II. id probe advertendum est, non modo istam quæstionem, de bonorum Ecclesiasticorum post transactionem Paſlavienſiem occupatorum restitutione, unde illi nomen vulgo hærere consuevit, dijudicatam in eo, sed & bina alia capita eidem decisioni simul esse subiecta: alterum nempe de Reservato Ecclesiastico, quod ne juribus suis grave atque molestum foret, negato hucusque assensu suo Protestantes impediverant; atque alterum de subditorum autonomia, cuius rationes in præsenti tractationi operose satis a nobis expositæ sunt. Ut autem quid in postrema atque hac nostra adeo causa constitutum sit, eo melius patescat, non possumus non ipsam editi partem, hic facientem, licet paulo prolixiorum, integrum huc adferre; (c) & subiectis necessariis quibusdam observationibus & animadversionibus nostris illustratam exhibere.

F 2

§. XVI.

(b) Hujusmodi incentores belli sacri, quales Franc. BURG-KARDUM & Jctos DILLING, supra adduximus, fuere longe plures, quos inter Caspar SCIOOPPIUS, Jo. Paul WIN-DECKUS, Petr. RIBADINEIRA, Jac. STLVANUS, & scrip- torum hujusmodi personatorum & Pseudonymorum magna cetera, quorum agmina adducit Christ. GRYPHIUS de Scriptor. Hist. Sec. XVII. p. 114. sqq. & copiosus adhuc C. A. SALIG l. c. Lib. IV. Cap. III. Sed in hoc numero fuisse quoque modo dictum Carol. CARAFFAM, qui nuncii papalis apud Cœfarem tum temporis partibus fungebatur, & suos in procurando illo Cœfareo edito labores ipse late celebrat, in German. Sacr. & restaurata p. m. 315.

(c) Editum illud Ferdinandi II. integrum occurrit apud

## §. XVI.

Idque per edictum re<sup>s</sup>tstitutionis a. 1629, subditis etiam fast entgegen, als darinnen man so gar den Geistlichen, welche keine Reichs-Stände seyn, (1) kein Privilegium religionis geständig seyn wollen, ) gleichsam auch die Unterthanen der Reichs-Stände des Religions-Friedens fähig, und dannenhero der Religion halber von ihren Obrigkeiten nicht vertrieben werden könnten (2); Ob zwar dieser

Gravaminum halber die Stände Augsp. Conf. nicht einig, (3)

LONDORP. Act. publ. Tom. III. edit. 1640. in fol. p. 1 - - 8. in alia vero edit. a. 1668. Tom. III. p. 1048. sqq. & LEHMANN. de pace Relig. Lib. III. Cap. XVII. p. 82 quibus, ut & exemplo aliquo, jam a. 1629. Cæsareis aufficiis seorsim excuso, in hoc loco redditis usi sumus; longe plures fontes ubi idem occurrat, Cel. Burc. Gotth. STRUVIUS rectudit in Corp. Hist. Germ. Tom. II. p. 2099. in not. 29. Carol. CARAFFA quoque l. c. P. II. p. 3. sqq. in linguam latinam translatum edictum illud se exhibere vult, sed valde mutum istud & vel dimidia sua parte mancum est, adeo quidem, ut si ex hoc de reliquis, ab ipso exhibitiis documentis diplomaticis argumentum capiendum sit, parum ipsius fidei tribuendum foret.

(1) Rationem tamen longe disparem in questionibus hisce deprehendet, qui Clericis de usu & possessione bonorum, subditis vero de libero porissimum sacrorum exercitio & conscientiae libertate auferenda item fuisse motam perpendit.

(2) Ita ergo nunc Subditorum exilium & expulsio religionis causa, idem est ac dicitur, quod jus ac beneficium emigrandi esse debebat.

(3) Dissensus iste inter Status Protestantes, qui hic & in sequentibus porro commemoratur, non in eo vertebaratur, ut ab

zu dessen ihres Vorhabens Bescheinung Sie auch den §.  
Wo aber &c. anzichen, in welchem disponiret, da ein Unterthan der Religion wegen an andere Obrt ziehen, und sich nieder thun wolte, denselben solcher Ab- und Zuzug auch Verkauffung seiner Gatter, gegen ziemlichem Abtrag der Leibeigenschaft und Nachsteuer unverhinderlich zugelassen werden solle. Als auch, daß Sie absonderlich hierüber der Unterthanen halben, so unter den Geistlichen gesessen, und damahlen das Exercitium Aug. Conf. hergebracht, von mehr höchstgedachten unsers Anherrn, Kaisers Ferdinandi I. ein Decret eben bey Schließung des Reichstags anno 1555 erhalten haben sollen, (4) in welchen der Religions-Frieden dahin declariret, daß solche Unterthanen bey ihrem Glauben von der geistlichen Oberkeit unverhindert gelassen werden sollen. Als haben wir gleichfalls über diesen Puncten, ob derselbe zwar aus dem Relig. Frieden für sich selbst in dem §. Und damit &c. Item §. Dagegen sollen &c. ganz klar erscheinet, in welchen den unmittelbaren Ständen (5) ihren Glauben, Kirchen-

## F 3                    Gebräuch

aliis, hæc causa in censum gravaminum relata sit, ab aliis vero non item; sed de ratione & modo medendi hisce gravaminibus, & quomodo medela hæc a Cesare imperanda fit, inter se diffidebant, ut monitum est supra ad §. XI. & ibid.

not. (\*)

(4) Non igitur Ferdinandum illud decretum in dubium vocat ipse Cesar, sed ut infra pluribus patet, id suo loco relinquit, ac vim ejusdem obligandi aliunde dunata at infringere nititur; quo vero audacie Dillingenses JCti eodem fere temporis articulo processerint, jam supra notavimus.

(5) Quemadmodum in dictis §§. Statuum immediatorum securitati ordinis causa primum prospectum est, ita in sequentibus non minor subditorum & mediatorum Statuum ratio habita.

Gebräuch, Ordnung und Ceremonien anzustellen erlaubt, auch daß Sie in demselben von niemands verhindert werden sollen, ernstlich gebothen) mit allem Fleiß die Acta des Reichs-Tages an. 1555 unter dem Religions-Frieden überschén, und uns daraus umständlich berichten lassen, (6) was dieses Punkts halben vorgelauffen, aus welchen wir dann befinden, daß zwar Anfangs grosser Streit hierüber vorgefallen, und Augsp. Confessions Verwandte starck darauf gedrungen, daß der andern Stände Unterthanen gleichfalls die Augsp. Conf. möchte freygelassen, und deswegen eine sonderbare Clausula in Relig. Frieden gebracht werden: es haben aber die Catholischen dasselbe keinesweges eingehen wollen, sondern dagegen angezogen, daß solches zu lautem Aufruhr, Ungehorsam und Unwillen zwischen Herrschafften und Unterthanen Ursach geben, und weil sie den andern Ständen nicht vorschreiben, wie Sie es mit ihren Unterthanen halten sollen, so wäre es unbillig, daß Sie disfals den Catholischen Gesetz und Ordnung geben wolten; Sie die Catholischen gedachten ihre Seel so wol als andere zu versorgen, und könnten derowegen nicht gedulden, daß ihren Unterthanen Raum und Lufft gegeben würde, einer andera Religion, als Sie selber

(6) *An omnia integrâ fide ex Actis comitiorum Augustanorum ad Casarem relata sunt, merito dubitabit, qui rerum gestarum seriem, prout hoc loco commemoratur, cum iis comparabit, qua a nobis supra in hunc censum allata sunt; namque & ipsi actorum fidem secuti sumus, & quemlibet de eo perfusum confidimus, nos eadem cum cura evolvisse, atque nihil temere omisisse, quod in re momentum aliquod ex utraque parte traxerit.*

ber wären, anzuhangen, (7) welches ihnen auch mehr-  
wohlbesagter unser freundlicher geliebter Anherr, Kayser  
Ferdinands I. mit mehrrem stattlich zu Gemäth führen  
lassen, mit dem ausdrücklichen Anhang, daß wofern die  
Handlung sollte dahin gemeinet seyn, daß man auch der  
Catholischen Unterthanen wolte darein ziehen, es einen  
kurtzen Weg hätte, und gantz unnöthig wäre einander  
länger auffzuhalten; Dann einmahl würden ihre L. cher  
alle Handlung zerschlagen lassen. (8) Als aber die Stän-  
de Augsp. Conf. nichts desto weniger die Freyheit des Ge-  
wissens starck urgirt, haben Ihnen die Catholischen end-  
lich so weit nachgegeben, daß den Unterthanen frey seyn  
solle, aus dem Lande zu ziehen, darauf gemeldte Stände  
die obgedachte Clausul fallen lassen, und die Sach mit ih-  
rer L. und den Catholischen verglichen, (9) wie sie heut  
zu Tag im Religion-Frieden stehen, im §. Es soll auch &c.  
nemlich, daß kein Standt dem andern noch derselben Un-  
terthanen zu seiner Religion dringen, abpracticiren, oder  
wieder ihre Obrigkeiten in Schutz und Schirm nehmen,  
noch vertheidigen soll, in keine Weg. Item, Wo aber Ih-  
rer

(7) Hujumodi forte Statuum Pontificiorum cogitationes poste-  
riores fuerunt; nam in prioribus vel ipsi hujus legis autores  
suasoresque extiterunt, ut latius supra demonstratum §. V.

(8) Quid ex parte Regis Ferdinandi circa hanc causam rege-  
sum ac monitum est, itidem supra §. VI. adduximus, ubi  
tamen ex auctorum fide nobis haut constittit, eundem contra  
subditorum autonomiam tanta austerioritate atque renitentia  
usum esse.

(9) Videntur inter se mixta atque confusa tractationes diverse,  
de negocio pacis religiose atque de peculiari decreto suscep*tæ*,  
quas supra curatius distinximus.

rer Kayf. May. (10) der Churf. Fürsten und Ständt Unterthanen, der alten Religion oder Augspurgischen Confession anhängig, von solcher ihrer Religion wegen, aus unserm, auch der Churfürsten, Fürsten, und Ständt des Heiligen Reichs Landen, Fürstenthumben, Städten oder Flecken mit ihren Weib und Kindern, an andern Ohrt ziehen, und sich nieder thun wolten, daß denselben solcher Ab- und Zuzug, auch Verkauffung ihrer Haab und Güter gegen ziemlichen billigen Abtrag der Leibeigenschaft und Nachsteuer, wie eines jeden Ohrts von alters her üblich und hergebracht, und gehalten worden ist, unverhindert männlich zugelassen und bewilligt, auch ihren Ehren und Pflichten allerdings unenthalten (11) seyn sollte. Ja man ist in diesem Punct so behutsam verfahren, daß darüber viel Thäzung vorgangen, bis man endlich die gefreyete Ritterschafft und Städte, in solchem Religion Frieden eingeschlossen, als im §. und im solchem Frieden &c. zuersehen, dessen es ganz nicht bedürftig, da alle und jede Unterthanen für sich selbst des Privilegii Religionis fähig wären (12.) Daraus dann öffentlich erscheint, daß den Unterthanen die Religion nicht freygelassen, sondern an desselben statt, ein freyer Abzug eingeräumet worden, und wann ihnen den Unterthanen die Religion, Inhalts und vermöge des Reli-

gion-

(10) Non habetur in ipso pacto instrumento mentio Cæsareæ Majestatis, ejusque omissionis rationem idoneam supra in Not. (†) ad §. VI. attulimus; quod dum hic attendere minus curæ fuit, vel denuo oscitantiam in pervolvendia comitiorum actis arguit.

(11) In Instrumento pacis ubique habetur: unentgotlen.

(12) Illatio hæc, a rationibus Statuum immediatorum ad media-  
torum & subditorum causam, non adeo rite procedit.

gion-Friedens zugelassen, hätte es gar nicht bedürfft, (13) daß die Augspurgische Confessions-Verwandte Stände erst durch ein sonderlich Decret, und dem Religions-Frieden derogirende Erklärung dasselbe zuwegen zu bringen sich so heftig bemühet hätten: Demnach aber von diesem Decrete nichts im Religion-Frieden sthet, sondern demselben vielmehr zu wieder, solches auch dem Cammer-Gerichte niemahls insinuirt, noch irgend eine Zeit darauf gesprochen, und erkendt, vielweniger ad Usum gebrachte worden, (14) auch ohne Bewilligung der Catholischen Stände, weil es eine Derogation des Religion-Friedens ist, so im dem Religion-Frieden selbsten höchlich verbothen, (15) numehro kein Kraft haben mag; Erstgedachte Catholische Stände auch, daß solches jemals in ordentliche Reichs-Berath-schlagung gezogen, vielweniger daß sie darinn bewilligt hätten, nichts wissen wollen, (16) deswegen dann unsere lobliche Vorfahren auf vielfältiges Anhalten solches Decret, oder dessen Inhalt dem Religion-Frieden nicht einverleiben,

G

ben,

- (13) Erne tamen opus propter duritatem cordis Statuum Ecclesia-stici ordinis, quam jam tum prævidebant Protestantes, & post ipso opere satis experti sunt.
- (14) Ita quidem factō, sed parum aquo jure vim atque obli-gandi usum hujus sanctiōnis impeditum esse, suprā S. X. sqq., latius declaravimus.
- (15) Locum tamen derogationi fecit utriusque partis consen-sus, qui ut huic derogationi quoad hanc causam derogare-tur, diserte impegnatus est: quanquam hec non adeo de-ro-gatio quam potius declaratio fuit, qua nihil Paci contrarium statutum est.
- (16) Poterant & debebant tamen Pontificii Status esse concit-assenſus sti, quem pure & cītra ullam reservationem cūdende huic decreto præbuerant, ut suprā comprobavimus S. VII.

ben, noch der Cammer insinuiren lassen wollen, sondern solches auf sich selbst stehen, entgegen aber den Religions-Frieden in allen seinen Clausuln und Artickeln confirmiren, bestätigen und beschweren lassen; als hat es hiebey auch billig sein Verbleiben, und können wir auch unsers theils wegen dieses angezogenen Decrets aus dem Innthalte des Religion-Friedens nicht schreiten. Vielweniger aber mag aus dem §. Wo aber &c. und in demselben gesetzten Wörtern, sich nieder thun wolten &c. ichtwas beständig gegen den hellen Buchstaben des Religion-Friedens, und darüber gepflogene Acta publica geschlossen werden; dann in demselben §. allein dieses, wie aus den Actis klarlich erscheinet, verordnet und gesetzt wird, wann ein Unterthan sich mit seiner Obrigkeit in der Religion nicht confirmiren, sondern viel lieber abziehen wollte, (17) daß ihm solches gegen Entrichtung üblicher Nachsteuer befrey stehen, er auch gegen seinen Willen zu der andern Religion nicht gedrungen, noch auch deswegen seiner Güter verlustig seyn soll. Hucusque adducta velut rationes & merita causæ ex parte Pontificiorum continent, quibus, postquam de prioribus duobus capitibus decretum est, quoad hoc tertium momentum hæc decisionis loco porro subjunguntur: *Als wir dann auch bey dem dritten Puncten etlicher Protestirender Stände angezogene Gravamina ganz unerheblich befinden, samt (i. e. als wenn) den Catholischen Ständen verweigert seyn sollte, in ihren Gebieth ihre Unterthanen zu ihrer Religion anzuhalten, auch da sie sich hier-*

inn

(17) *Quamvis hic velit contrarium inferri, verbis tamen aliter hanc exprimi potuit, quam ut voluntati & subditorum arbitrio, minime vero necessitati & dominorum imperio, emigrandi ius in pacie religiosa constitutione reliatum sit.*

inn nicht accommodiren wolten, gegen das gebürlich Abzug-Geld und Nachsteuer ihrem Gefallen nach, dieselbe auszuschaffen, oder auch denselben an fremde Oerter auszulauffen, und andere Predigt und Exercitia zu suchen zu verbieten, da sie doch dieselben gäntzlich abzuschaffen wohlgefugt wären: (18) Hingegen ist nach obgesetzter Ausführung ganz augenscheinlich, daß die Catholische sich billig beschwert befunden, daß ihnen in solchen ihren Reformationibus von dem andern Theil Ziel und Maß gegeben werden, auch die Unterthanen zu gäntzlicher Defection und Abfall von ihrer Obrigkeit durch diesen Fund solicirt und bewegt werden wollen, und ist dieses Gravamen auf dieser der Catholischen Seiten desto stärcker, weil solcher Reformation halber die Augspurg. Conf. Verwandten vermeynen wolten, sampt disfals die Catholischen mit ihnen nicht in gleichem Recht begriffen wären, sondern daß ihnen ihre Unterthanen zwar zu reformiren, und die Wiederspenstige auszuschaffen erlaubt, auch dis im Werck öffentlich erzeigen, entgegen aber den Catholischen solches nicht gut seyn lassen wollen. (19) Clausula denique, quæ

G 2 toti

(18) *Non putamus persuasos fore, qui nostram commentationem legerint, vana & inania prorsus fuisse Protestantium gravamina; atque Pontificios jure priori niti, ut subditos religionis causa ejicere possint, parum sane probarunt nationes adductæ, ut in animadversionibus nostris hucusque ostendimus.*

(19) *Hic multa precario assumuntur, quæ nunquam probari poterunt, & vel nunquam in mentem venerunt Protestantiibus. Ex equalitate autem juris, quod subditis Catholicis autonomiam isthanc indulgerent in suis territoriis, eandem & pro subditis A. C. addictis cummaxime postularunt; & post illam impeiratam, porro quoque eadem in subditos suos*

toti edicto (20) subjicitur, & in qua tum imperii judicio Camerali injungitur, ut secundum hocce decretum post-hac decernat, tum Cæsareis etiam ad hoc negotium delegatis inquisitoribus (Commissarios dicunt,) ea potestas tribuitur, ut mandata hæcce sine mora exequantur, non minus ad caput hocce de subditorum autonomia, quam ad priora illa de bonorum restitutione & stabiliendo reservato Ecclesiastico pertinere, ex rei indole facile intelligitur: adeo quidem, ut Pontificiis nihil deesse amplius videatur, ut voti sui circa hanc causam compotes redditi fuerint.

*Catholicos indulgentia usi sunt, quorum exempla apud Saxones, Pomeranos & Brandenburgenses commemorat D. Andr. ZOCHIVS, ap. LEHMANN Lib. III. p. 565. Sed cum grave bis onus probandi incumbat Pontificiis, plura non addimus.*

(20) Ut in subiunctis hucusque observationibus breviter quidem, sed rationibus, quod putamus, satis idoneis suffulti, in ea antimadvertisimus, in quibus Cæsareum bocce editum religiose pacis sanctionibus quoad hanc causam contraria statuerit: ita eodem etiam labore fundua auctor est alius quidam, cuius prolixiorem demonstrationem hacennus ineditam in lucem protraxit Adam. CORTREJVS in Observat. ad pac. Religios. Artic. XI. Tom. III. Corp. Jur. Publ. p. 229. &c. 248.

### §. XVII.

Promulgato hoc severiori Cæsaris edicto & lege etiam ad illud prompte exequendum addita, nihil amplius praesidiis subditis fuisse relictum intelligitur, quo libera sacrorum jura, pace religiosa parta, posthac tutari possent: Emigrandi licentiam quandam licet indulgere illud adhuc videretur, hæc tamen nominis tantum umbra erat, quod dura necessitatis lege eadem circumscripta

Cui malo  
nec medela  
allata per  
pacem Pra.  
genesc  
1635.

scripta esset. Nullum temporis spatum præfinitum erat, a quo subditi ab illa necessitate essent liberi, ergo undique & ubicunque locorum patebant dominorum injuria. Nec inter emigrationis iussionem & ejusdem executionem temporis aliquod intervallum relinquebatur, quo citra gravissimum bonorum ac facultatum suarum dispendium abitum parare possent subditi. Quibus sane deficientibus requisitis emigratio imperata omnem beneficium, ne dicam juris rationem amittit. Quod & satis ex conditoris istius edicti intentione patet, qui ut supra a nobis observatum est, quod *emigrationem* dicere debebat, *expulsionem* vel *exilium*, itemque *proscriptionem* subditorum potius vocat (\*), quod nominis & rectius veriusque meretur. Ut igitur, quomodo per pacis Westphalicae dispositionem juri emigrationis, hisce velut cuniculis subruto, nova denuo præsidia admota sint, mox pluribus commemorabimus; ita nonnulla, quæ illam pacis tractationem præcesserunt, adhuc paucis attingenda censemus. Circa saepè memoratum edictum Cæsareum illud notandum venit, quod Status imperii Protestantes quidem eodem nunquam se obstringi passi sint; & Saxo etiam Elector, qui alioquin Cæsari deditus erat, cum de illo, antequam promulgabatur, cum eo communicaretur, tum neutiquam assensum suum eidem præbuit: ac postquam illud citra ejusdem & reliquorum Protestantium consensum latum promulgatumque erat, omni adhuc nisi eidem

G 3

relucta-

(\*) Carol. CARAFFA, qui interpretem latinum hujus editi ex parte egit, eadem phrasologia uitit, l. c. P. II.  
p. 7. f. 99.

relinquabatur. (\*\*\*) Sed idem tamen, cum insciis & inconsultis cæteris causæ Evangelicorum para statis locum iterum fecisset Austriae partis blandimentis, & se ad Pirnensium Pragensiumque pacificationum tractationem a. 1634 & 1635 adduci passus eset, in eo quidem negotio vulneratam, ut partis Protestantium in universum, ita seorsim subditorum causam prorsus deseruisse visus est. Sane editi illius Cæsarei abolitionem, quam in primis urgenda esse Brandenburgensis Septem-Vir in consultatione, secum circa hanc causam instituta, prudens monuerat, (†) & quam ex ipsius Saxonis præcipuis & in-

(\*\*) *Hujus rei testes sunt documenta plura, que exhibentur a Mich. Casp. LONDORPIO act. publ. Tom. II. Lib. I. Cap. III. seqq. add. KHEVENHÜLLERI Annal. Ferdinand. Tom. XI. p. 450. seqq.*

(†) *Consultationis bujus, inter Saxonem & Brandenburgensem Septem-Viros habita, mentionem quidem inferre videtur Sam. PUFENDORF. de Rébus Suecic. Lib. VII. §. 28. sed ipsum quoque bujus rei monumentum nobis servatum est, in Volumine singulari, sub hoc indice excusum: Pirnische und Pragische Friedens-Pacten, zusamt angestellter Collation und Anweisung der Differentz und Unterscheids zwischen denenfelsen &c. nebst etlichen dienlichen Beylagen, gedruckt im Jahr Christi 1636. in 4. sine auctoris, loci & typographi mentione; ubi in documentorum appendice Lit. A. p. 291. seqq. illius consultationis copia habetur. Obiter de hoc volumine varius fore obvio monemus, præter Christ. GRYPHIUM, qui in Apparat. de Script. Hist. Sec. XVII. p. 129. ejus notitiam habuisse videtur, PLLFENDOREFFIUM I. c. S. 43. de eo itaretulisse: Ejus capita (sc. Pacis Pragensis) quantum a Pirnensi conventione abeant, cum peculiari scripto sit expositum, recen-*

& intimioribus consiliariis aliquis, in lato super hac re  
judicio, minime in postremis ponendam fuisse arbitratus  
erat, (††) prorsus tamen neglexit & posthabuit Saxo  
Elector:

sere extra institutum nostrum & cum tædio conjun-  
ctum fuerit. Quibus Pufendorffii verbis ad inquisitionem  
borum typis excusorum foliorum se permotum esse fatetur  
Cel. Burc. Gotth. STRUVIUS in Archivo hist. politico P.  
II. p. 205. sqq. sed dum frustra illa quasvisset, nec in Londorpia  
Act. public. Vol. IV. hujus generis documentorum farragine  
repleto, eadem reperiisset, ex MSS. scbedis ea differentiarum  
inter utramque pacificationem capita, l.c. exhibere instituit,  
ad que & deinde in Corp. Hist. Germ. Tom. II. Sect. IX. §.  
75. not. 36. p. 3029. sq. provocat. Sed falli in eo Virum cete-  
roquin diligentissimum, uriusque scripti instituta comparatio  
satis comprobat. Illud quod laudarus Struvius ex MS. ex-  
promste, aliquot foliis in charta ostipertita absolvitur; istud  
vero in 4to excusum binis fere alphabetis constat, utram-  
que pacem integrum, interque se collatam, ac variis obelis,  
animadversionibusque notatam atque illustratam subjicit,  
prætereaque in documentorum apparatu subiuncto plura bo-  
na frugis continet, que sane nec apud Londorpium nec alibi  
occurunt, e quibus Germanie intimior iſhac tempestate  
facies plenius penitusque perspicitur.

(††) Idem quoque Consiliarii prolatum judicium exhibetur in  
Volum. laudato append. Lit. C. p. 311. sqq. Ipsa autem pax  
Pragensis, quam ibidem occurvere diximus, multis in locis  
habetur v. c. in Append. Corp. Recess. Imp. apud LON-  
DORP. Actor. Publ. Tom. IV. p. 458. Jo. Christ. LÜNIGIUM  
in Archiv. Imp. P. Gen. Contin. II. p. 102. & apud alios plu-  
res quorum indicium facit Cel. STRUVIUS in Corp. Hist.  
Germ. l. c. §. 75. n. 36. p. 3030. Exemplum latinum, quod  
ex autographo ad Moguntinum Electorem transmisso, ut perhi-  
betur, excusum Colonie eodem anno 1635. in 4. nobis ad ma-

Elector: Unde & omnino factum, ut subditorum vix  
 mentio in tota illa pacificatione Pragensi occurrat. E-  
 quidem Bohemoru[m] & aliorum quorundam in terris  
 Austriacis h[er]editariis rationem quandam fuisse habitam  
 a Saxone, ut in illorum gratiam pro libero Sacrorum  
 A. C. exercitio Cæsarem sollicitarit, pacificationis Pra-  
 gensis verbis condocemur; ibi namque §. Was der Röm.  
 K. M. de Saxonis quoad hanc causam contentione affir-  
 matur, daß er solches mit Anführung vieler unterschied-  
 licher motiven eifrig urgiret, und davon in keinerley  
 Wege weichen wollen; Allein Jbre Kay. Maj. wie oft und  
 wielfältig auch hierüm Ansichtung gethan worden, sind  
 hiezu gar nicht zu bewegen gewesen. - - & porro ibi-  
 dem: Welches dann, daß Jbre Kay. M. nicht darein wil-  
 ligen wollen, Seine Churfürstl. Durchl. ungern vernom-  
 men, und anders gewünscht; weil aber Jbre Kayf. Maj.  
 dabey so fest bestanden, als ist es dabey allerdings geblie-  
 ben. Ut igitur Cæsar hautquaquam adduci se paßlus  
 est, ut erga subditos proprios religionis causa a rigore  
 editorum suorum quicquam remitteret, ita multo mi-  
 nus pro aliorum in imperio Statuum subditis, in quos  
 & minus juris Cæsari erat, hujusmodi indulgentia im-  
 petrata fuit. Atque sic nullum levamen præposterioris  
 his præcipitatisque pacis consiliis Saxo quidem Septem-  
 Vir subditis, in exiliis & varia calamitatum tribulatio-  
 Nec per de- numque miseria gementibus attulit: Idemque in Comi-  
 cretum Co- tiis Ratisbonensibus a. 1640 & 1641 evenit, ubi qui-  
 dem

nus est, versionis tantum loco habendum erit, nec sermonis  
 & stylis etiam elegantia se commendat, quo adeo nec u[er]i hoc  
 loco maluimus.

dem inter gravamina, ex parte Protestantium exhibita, prolixa commemoratio fuit de jure emigrationis, quod liberum esse praestandum subditis, atque juxta tenorem pacis religiosæ velut ex integro restituendum, enixe contendebant: sed Pontificiis hæc destinata, quibus primum quidem assurgere visi erant, obmotis variis exceptionibus tum quidem elidere atque præverte re facile datum fuit, adeo quidem, ut omnis gravaminum tractatio denuo differretur, atque vi decreti comitiorum ad consultationes, alibi seorsimque & extra ordinem instituendas, rejiceretur. (†††) Quo omnino factum est, ut, quicquid remedii hisce subditorum necessitatibus afferri debuit, id omne integrumque pacis Westphalicae tractationibus atque decretis servatum sit.

### H. XVIII.

(†††) *Vid. ex decreto comitiorum §. 12. Demnach auch in Corp. Recesl. Imp. p. m. 1010. Per compendium hujus quoque rei meminit PUFENDORFF. de Reb. Suecic. Lib. XIII. §. 93. p. 468. qui & causam, quod pacis & gravaminum ratio prorsus pretermissa sit, Legato Pontificis tribuit, qui interposita tum protestatione illud effecerit: de negocio autem gravaminum in comitiis tractatorum ex integris attis plenius resertur apud LONDORP in Act. publ. Tom. V. Lib. I. n. LXXXIX. p. 205. n. C. p. 246. n. CVII. p. 321. sqq. n. CXXIX. CXXX. p. 418. sqq. Denique Sess. CLII. & CLIII. p. 718. sqq. Quomodo vero deinde in Contentu Deputatorum Francofurtensi a. 1643. causa gravaminum a pacis universalis negocio separari ex parte Pontificia & ad deliberationes, post pacem conclusam demum instituendas, rejici voluerit, id quoque egregie docet PUFENDORFF. de Rebus gestis Friderici Wilhelmi Lib. II. §. 5 - 9.*

mitiorum  
Ratisbon.  
a. 1641.  
*anat num  
de maturi  
anno 1648*

Pax Westphalica de-  
mum hanc causam ab  
ovo repetit.

Postquam eventus præcipios inde a conclusa pace  
religiosa hucusque percurrimus, & ea, quæ rem no-  
stram attinuerunt, diligenter satis annotavimus, nunc  
demum ad pacificationis Westphalicae tractationem ac-  
cedere licebit. Formulam legis integrum ac velut ab  
ovo retextam, qua subditorum circa religionis autono-  
miam juribus hic denuo prospetum est, jam supra §.  
III. exhibuimus; sed qua demum via ac methodo hæc  
formula coiverit, cum nobis paulo altius curatusque  
hoc loco explicandum sit, nec brevis nec jucunda in-  
de subnascetur historia. In hac autem tradenda juxta  
cum reliquorum annalium præsidio, præcipue iterum  
nitemur fide publicorum & authenticorum documen-  
torum, quorum quoad hanc causam integrum aliquem  
apparatum nobis servarunt ACTA, quæ sub Mich. Caff.  
LONDORPII nomine Tom. V. & VI. prostant, itemque,  
quæ Adam. CORTREJUS, cui usus Archivi Archi-Epi-  
scopalis hodie Ducalis Magdeburgensis patuit, in Ob-  
servatt. ad Pac. Religios. Artic. XII. Tom. III. Jur. Publ.  
p. 287 - - 425. longa serie profert: ac eodem loco &  
ordine nobis habere licebit tum Tob. PFANNERUM, in  
*Historia Pacis*, (\*) qui ex Saxonici Ducalis, tum Sam.  
PUFFENDORFIUM, de Rebus Suecicis, Lib. XVII. seqq.  
qui ex Suecici tabulari monumentis nobis sua deprom-  
serunt; atque verbis postremi hujus, quod ille præ cæ-  
teris

(\*) Ultimur editione, quæ sine auctoris nomine Irenopolis 1679.  
in 8vo primum prodit; quæ tertium vulgata est Gorbe 1697.  
auctoris nomen præfert, & accessione quadam historie octa-  
vi Electoratus gaudet, quod quidem ad nostram causam ni-  
bil attinet.

teris artem scribendi historiam cum fide interemerat il-  
libateque servata conjunxerit, hanc causam cummaxi-  
me ac vel ut plurimum declarabimus. Cum igitur ad  
tractatus pacis admissi & vocati Status & Ordines Impe-  
rii, anno 1645. demum adcessent, inter hos Prote-  
stantibus, pro publica tranquillitate reducenda, & tol-  
lendo omnis dissidentiae atque discordiarum inter im-  
periis Status somite, nihil prius nihilque habebatur anti-  
quis, quam ut de removendis religionis gravaminibus  
consultationes instituerentur. Ex parte sua igitur con-  
gestam hujusmodi farraginem, qua potiora capita, qui ponunt  
bus se a Pontificiis contra pacis religiosae sanctionem  
gravari hucusque satis experti erant, scripto compre-  
hendi jusserant, d. XI. Dec. Cæsareis Suecisque legatis,  
æque ac Moguntino directorio per deputatos suos exhi-  
beant: in quibus, quod subditorum vulneratam cau-  
sam tangebat caput, tertio loco positum erat. Ipsam  
quæ hanc querelarum partem dum in compendium mi-  
sit PUFENDORFFIUS, (\*\*) hæc ea ostensum a Prote-  
stantibus esse refert: *quod pace Augstanæ cautum sit, ne  
Evangelici subditi Catholicorum Ordinum ob religionem in  
exilium ejiciantur, sed ut in arbitrio ipsorum sit manere,  
aut equa bonorum portione relicta emigrare. Que claris  
verbis disposita cum Catholicî sollicitare inciperent, Ferdi-*

H 2

nandum

Ubi Prote-  
stantes inter  
reliqua gra-  
vamina de  
autonomia  
subditorum  
primum a.  
1645. pro-

(\*\*) PUFENDORFF. l. c. Lib. XVII. §. 109. quo cum convernit  
tum Tob. PFANNER in Hist. Pac. Lib. II. §. 70. p. 188. sqq.  
tum Auctori anonymo, cuius ex parte Pontificiorum Arcana  
pacis, Frfti. 1698. in 4. vulgata sunt, Cap. VIII. p. 107. sqq.  
Ipsam denique integrumque gravaminum farraginem subjiciunt Act. publ. apud LONDORIUM Tom. V. p. 1046. sqq.  
& CORTREJUM l. c. p. 287. sqq.

uandum Regem jam anno 1555 d. XX. Sept. illis demonstrasse, multilam fore pacem & male fidam, ni subditi quoque sacrorum libertate fruantur; eoque omnibus promiscue consulendum. Unde Catholicos Ordines eam rem Regis illius arbitrio commississe; qui & declaraverit, subditis receptionum Augustane Confessionis exercitium relinquendum. Ad quam declarationem in comitiis Ratisbonensibus anno 1575. productam, Catholicos nihil aliud, quod representerent, habuisse, quam se istam ignorare; ac declarationes ejusmodi in pace religiosa prohibitas. Id quod tamen de futuris & ad instantiam unius partis obtentis declarationibus intelligendum; ac frustra ignorantiam adversus notoria Imperii acta allegari (†). Nec eo minus Evangelicos subditos passim, etiam ubi exercitium sacrorum suorum magno precio redemerunt, immaniter habitos. Non publicum modo cultum ademptum, sed & apud vicinos eo uti vetitum: privatim sermones sacros audire, libros Evangelicos legere, hymnos canere gravissimis penit interdictum, ac qui contra fecisse deprehensi sint, velut atrocissimo delito admisso, ingenti pecunia summa, aut diuturnis carcerebus multatos. Accessisse immensum contemtum. Velut intestabiles rejici, ab honoribus & munericibus excludi, concionatorum liberos velut illegitimos notari; feuda nisi praetito prius juramento religionis non conferri, quin sepultaram velut extreme facinoris abnegari. Porro emigratu-

ros

(†) Hec ipsa causa prolixè accurateque a nobis in precedentibus deducta est; hic & in sequentibus, ubi ista rerum series repetitur, est, ubi in annorum dierumque connotatione, aliquis hujusmodi momentis, nonnunquam in excusis voluminibus aberratum esse deprehenditur, in quibus rectiorem lectionem nobis restituisse licitum fuerit.

ros magna bonorum parte emunctos : alicubi volentibus emigrationem plane interdictam & carceribus aliquis molestis multos ad Pontificia sacra compulsoſ. Iſhanc contumeliam & persecutionem tanquam radicem diffidentia & exacerbationis penitus exſcindendam, extorta bona reſtituenda, publicum exercitium, ubi quondam fuit, refitendum, ubi non fuit, introducendum, neminem ad bona ſua vendenda ob religionem cogendum, nec ideo jus civitatis alicui denegandum. Ut autem hoc modo hanc querelarum ſuarum partem in "principia ſua ſede declrabant Protestantes, ita tamen nec prætermitti a nobis debet, quod inter eadem gravaminum a ſe exhibitorum capita ſexto loco retulerunt: ubi ſcripta paci reliquias & Germanorum libertati ſacræ infesta & periniqua, inque his nominatim *Franciſ.* *BVRGKARDI Autonomiam*, & *ICTORVM Dillingenſum Compositionem pacis* commemorant ; de quibus ut a nobis oſtenſum, quam in illis ſubditorum cauſa & autonomy laceſſita & proculēata fit, ita & iidem hic generatim conqueruntur, his aliiſque ſcriptis ſeditioſis pacem Auguſtanam aperte impugnari, velut temporariam & vi extortam tolerantiā, nec illos qui contra protestati ſint obligantem, & quod ad Lutheranos ſpectet, ſtrictiſſime accipendam ; Unde petunt, ut ob has & alias cauſas hæc ſcripta publice proſcribantur, nec in imperio amplius ferantur. Addunt porro eodem loco Protestantes de *FERDINANDI II. edito reſtitutioniſ ex a. 1629.* illud novo exemplo inauditis Evangelicis, neque omnibus ex Catholicorum ordine rogatis, eſſe promulgatum atque executioni datum : cum tamen doclarations ab una parte obtentæ in pace Auguſtana diſerte prohibeantur;

H 3

ac

Nec minus  
urgent  
abroganda,  
que huic  
cauſe infeſta erant.

ac ad vim pragmaticæ sanctionis consensus ordinum requiratur; ipse etiam Cæsar dum alteri parti addictum se profiteatur, ad judiciale sententiam pronuncian-  
dam idoneus non sit: quare, ut illud editum in pace  
constituenda disertis verbis abrogetur, postulant. (††)

(††) *Hanc quoque querelarum partem juxta LONDORPIUM  
atque CORTREJUM ll. cc. nobis reddunt PUFENDORFF.  
l.c. §. 112. PEANNER. p. 193. Arcana Pac. Westph. p. 109.*

### §. XIX.

Pontifici  
autem in  
dato a. 1646.  
responso du-  
initium fuerit pateat, nunc etiam paulo plenius adduce-  
mos. Responsum autem Pontificiorum, quod d. XXIX.  
runt.

Jan. a. 1646. Protestantibus reddebant, ad singula ex-  
hibitorum gravaminum capita relatum erat; atque ut  
arctius penitusque sententiam illorum hic retinere et  
adferre liceat, sequemur auctorem, qui *Arcana pacis*  
nobis reclusit, quique nisi Pontificius ipse fuit, verbis  
tamen illorum nobis cuncta sua reddit. Ita autem ille  
quoad tertium gravaminum caput de subditorum av-  
tonomia a Pontificiis responsum esse perhibet: (\*) Ne-  
quaquam

(\*) Auctorem bunc Pontificiorum causam loquentem, ut jam  
S. præced. fecimus, Pfanner Pufendorff quoque merito ad la-  
tus jungimus, ne uni parti plus quam alteri dare videamus.  
Prodit autem hujus anonymi liber primum Francof. 1698.  
in 4. hoc titulo insignitus: *Arcana pacis Westphalica*,  
s. plenior & ex secretioribus actis & congressibus  
deprompta Relatio historica de S. Rom. Imp. pacifi-  
catione Osnabrugio-Monasterensi, Auctore A. A.  
Ubi deinde idem liber ibidem 1707. recensus est, Relationis  
historicæ elogium præfert, & auctori personam Adam.

quaquam admitti a Catholicis, quod in potestate & arbitrio Confessionistarum Catholicis subjectorum relictum sit, migrare e Catholicorum superiorum territoriis, aut in iisdem manere; sed potius ex actis Comitiorum, in quibus pax religionis condita atque sancta sit, innescere, quod, tametsi hanc pro sua religioni confortibus libertatem instantissime petierint Confessionista, eam tamen obtinere nulla ratione potuerint. Decretum Ferdinandum has ob rationes frustra allegari, quum de eo cum Catholicis nihil unquam fuerit communicatum, nec in actis comitiorum istius temporis quicquam reperiatur; sed diu post conclusam pacem religionis, anno scilicet 1575, illud a Confessionistis primo productum fuerit; nec tamen a Catholicis, aut ipso Cesare (quamvis eo tempore Protestantium subsidiis contra Turcas indigente, ejusque rei causa in angustiis constituto) agnatum pro legitimo, aut etiam acceptiatum. Catholicis potius status queri deberi, quod eorum subditi a Confessionistis ad religionem suam diversimode inducantur & alliciantur, ipsique, qua publice, qua privatim instruantur, quasi in causis religionem attingentibus obedire suis Superioribus non obligentur. Cum plane, ut Catholici se non immiscent ordinationi Statuum Aug. Conf. additorum in suis provinciis ac ditionibus; sic nec hi illorum regimini aut ordinationi semet ingerere deberent. Pacem enim religionis inter Casarem,

ADAMI tribuit. Quod ad nostra causa caput videantur, que adduximus, apud eundem Cap. VIII. p. 124 seqq. & conf. PFANNER. Lib. III. §. 1. p. 216. seqq. PLUFENDORFF. Lib. XVIII. §. 53. Integrum autem responsum Pontificorum lege apud LONDORP. Tom. V. Lib. II. Cap. CXVII. p. 1067. seqq. CORTREJVS autem l. c. responsa Pontificiorum mox cuilibet capitii interseruit.

Cesarem, Electores, Principes & Status Imperii sancitam esse, nequaquam inter subditos eorum, quibus nulla ratione fas sit, religionem pro suo arbitratu eligere. Porro secundum illud decretum sub- & obreptum esse, idque ex eo constare, quod afferatur esse datum sub XXIV. Decembr. (rectius XXIV. Sept.) pridie videlicet conclusae pacis religiose; at hanc non preire, sed sequi debere. Profecto nimium quantum officeret hoc decretum Catholicis, presertim Ecclesiasticis statibus, si ne quidem in propriis ditionibus exercere jurisdictionem religionis possent; cum e contrario Confessionistis plenum jus remaneret, subditos proprios ad suam adiungendi religionem inque ea conservandi. Catholicos quosdam Status indulisse subditis suis exercitium religionis Augustana, quod putarent, indulgentia tali se subditorum animos arctius sibi devincire posse. Verum cum animadversum esset, eos hac licentia in perniciem Statuumabus, ab omni superiorum obedientia sese subduxisse, Status Confessionistarum ex adverso (tametsi nihil simile a Catholicis subditis contra eos tentatum sit) omnes passim Catholicos e suis ditionibus ejecisse, aut ad religionem Aug. Conf. compulisse: (\*\*) hinc agre ferre non posse Confessionistas, si Catholici quoque juxta claras pacis religiosae dispositiones subditos a religione sua dissidentes, catholicamque fidem profiteri abnuentes, e suis provinciis emigrare jubent. Si porro de termino migrationi praestituto querantur subditi, quod is nimium angustus sit, paratos esse Catholicos,

(\*\*) Multa hic gratis assumi, que bautquaquam probari possint, ex iis, que supra diximus, satis liquebit; nec etiam Protestantes in datis ad eadem responsis id animadvertere omiserunt, quam sibi haec talia per injuriam & circa omnem probationem tribuantur.

tholicos, ubi ad speciem descensum fuerit, opportunum hic adhibere remedium. Hucusque Auctor Arcanorum P. W. de responso Statuum Pontificiorum, s. Catholicorum vulgo dictorum, quo isti querelarum capiti de negata subditis autonomia se abunde satisfecisse putabant. Sed et iidem non minus gravamina illa, a scriptis privatorum quorundam inquis, itemque a Cæsaris Ferdinandi II. edito, Protestantibus desumpta, elidere conabantur: ubi quoad primum inter alia obvertebant exempla scriptorum privatorum ex parte Protestantium, quorum numerus longe major sit, qui circa interpretationem legum Imperii & pacis sacræ idem juris sibi sumserint, easdemque pro sua libidine detorserint; horum audacia provocatos forsan Catholicos, alia scripta oppoluisse, in vim tamen publicam æque ut Protestantium hominum minime valitura. Quoad alterum vero de edito Ferdinandi regerebant, id esse ejusmodi, quod Protestantes alibi insigniter probent; ac certe mirum non immerito videri, quod Protestantes allegatum superius decretum Ferdinandi I. usque adeo extollant, etiam tenori pacis religiosæ adversum; Ferdinandi II. autem declaracionem, in ipso verborum pacis tenore ac sensu fundatam, omnemque adeo circa pacem religionis auctoritatem rejiciant. (†)

(†) LONDORP. l.c.p. 1071. sqq. juxta quem & auctorum summam reddunt Arcana pacis l.c.p. 127. sqq. PFANNER l.c. p. 220. PUFENDORFF Lib. XVIII. §. 55.

#### §. XX.

Paulo plenius prolixiusque adducenda putavimus, Alia autem quæ ex utraque parte pro causa subditorum circa tra- porro anno 1646. pro-  
statio-

posita, atque stationem pacis Westphalicæ primum proposita fuerunt:  
 tentata  
 compositio-  
 nis media,  
 hanc cau-  
 fam parum  
 promovent.

De progressu deliberationum super hoc capite, quod illæ in triennium usque cum ipso pacis negocio perdu-  
 rarunt, per compendium magis retulisse, nobis insti-  
 tutoque nostro satis erit. Ex prolatis autem utriusque  
 partis gravaminibus vel quoad nostram causam satis pa-  
 tebat, toto propemodum coelo adhuc inter hos illosque  
 distare. Quod & perspiciens Cæsareus primi ordinis  
 Legatus, Cornes *Trautmannsdorffius*, mensè Febr. anni 1646.  
 dum Osnabrugæ prælens aderat, monebat Protestantes,  
 ut de temperamento adhibendo cogitent; ac quoniam  
 ab ipsis gravamina primo sint exhibita, ad quæ Catho-  
 lici responderint, ipsorum esse molliora proponere. (a)  
 Protestantes id haut segniter facientes, mox eodem  
 mensè media compositionis hujusmodi scripto config-  
 gnata exhibebant. Quod in his ad nostræ causæ caput spe-  
 stat, temperamentum, quod circa subditorum autono-  
 miam adhibendum esse proposuerant, in eo vertebar-  
 tur, ut in genere omnia ad statum anni 1618. quem in  
 eausis reliquis normam ac regulam voluerant, reduc-  
 rentur: iis tamen subditis, quibus religionis suæ exer-  
 citium non solum ex dicti anni possessione, sed & vel ex  
 Ferdinandi Regis declaratione, vel literis majestatis,  
 concessionibus, privilegiis ac longo etiam usu compe-  
 fat, illud iterum poscebant restituendum, si vel maxi-  
 me illo anno jam abrogatum fuerit, & nunquam in po-  
 sterum turbandum. Quod autem de scriptis privatis  
 a Pontificiis responsum erat, ea nullo, nec legis loco  
 a se haberi, id sibi ratum acceptumque esse significa-  
 bant,

(a) *PILFENDORFF. Lib. XVIII. S. 80.*

bant, addebatque de eo & abrogato edito Ferdinandi II. in ipsam quoque pacis formulam referendum esse. (b) Oblata hæc ex parte Protestantium compositionis media, Pontificii quidem velut ipsis gravaminibus asperiora, omnemque transactionem respuenta arguebant, vicem tamen relaturi, mox etiam suas ad eadem responsiones proferebant: in quibus, ut sine circuitu subditos magistratum suorum arbitrio subjiciebant, velintne sacra diversa profitentes retinere, aut illis emigrationem imperare, dummodo solum versuris haut nimis angustum temporis spatiū præfigatur; ita in genere pro tollendis omnibus gravaminibus fundamenti loco substernebant, ut norma diei XII. Novemb. anni 1627. qui & in pacificatione quondam Pragensi decretoriis constitutus fuerat, denuo reciperetur, ad quam omnia exigenda sint: temporariam denique & hanc ipsam transactionem volebant, ad 40 annos inde a conclusa hac pace tantum duraturam. De edito autem Ferdinandi II. in neutram partem pronuntiabant, quod super ejus capitibus nunc transigendum foret. (c) Cum in his utrinque propositis compositionis mediis, ut in ceteris ita & præcipue circa gravamen de autonomia subditorum, adhuc procul abesset utriusque partis cordia,

I 2

cordia,

(b) *Integra Protestantium de mediis compositionis declaratio est apud LONDORP. Tom. VI. Lib. III. Cap. XXX. p. 36. sqq.*  
*itemque CORTREJUS l. c. p. 314. sqq. ex illa autem quoad nostram causam referunt PUFENDORFF. l. c. §. 60. PEANNER. Lib. III. §. 28. p. 278. Arcana Pacis Cap. XII. p. 169. sqq.*

(c) *LONDORP. l. c. Cap. XXXI. p. 39. sqq. CORTREJUS p. 318. sqq. PUFENDORFF. l. c. §. 69. PEANNER. §. 29. p. 280. Arcan. Pacis p. 178.*

cordia, placuit inde mutata tractandi via incedere, & experiri, annon per instituta mutua & amica colloquia, quam per exhibita hucusque scripta, has tantas difficultates tollendi pronior & expeditior ratio sit? Tentabatur illud ineunte mense Aprilis hujus anni inter utriusque partis Deputatos, qui Osnabrugæ eum in finem converabant. Sed frustra maximam partem & hæc destinata erant, Protestantibus transactionem temporariam respuentibus, ac Pontificis 20 duntaxat annos 40 illis addentibus, ut quæ pacturi sint, ad 60 adeo annos perdurerent. (d) Post hæc incassum agitata, compositionem gravaminum suscipiebat Comes Trautmansdorffius; qui postquam ab utraque parte, ut veram voluntatum suarum declarationem sibi exhiberent, poposcerat & impetraverat, non tamen hanc causam magis promovebat; cum & ipse quoad Imperatoris in hæreditariis suis provinciis subditos, in nostra causæ capite cum maxime infestum ac duriorem se præberet. Pontifici tum quidem 100 annorum inducias primum offerebant: Saxonici etiam Legati Electorales, qui tum demum his consultationibus se ingerebant, primum de termino restitutionis in a. 1624. figendo mentionem facere coeperunt; ac licet quoad subditorum causam nihil largi- rentur, quod fraudi esse posset; propter alia tamen capita Evangelicæ causæ sociis consilia sua parum probare poter-

(d) PUFENDORFF. l. c. §. 85. sqq. PFANNER l. c. §. 37. p. 292. sqq. Arcan. Pacis Cap. XIII. p. 179. In his & sequentibus per mutua colloquia trattationibus, ubi Acta Londorpis deficiunt, integra prolixaque protocolla produxit, CORTRE-JIUS p. 321. sqq.

poterant. (e) Atque sic fere ad finem anni 1646. licet varia subinde forma ac methodo mox Osnabrugæ, mox Lengerichæ, mox etiam Monasterii instituerentur congressus, multum agendo moyendoque parum vel nihil omnino ad rei nostræ summam promovebatur: erat quidem, ubi tum ex parte Protestantium quoad Reservatum Ecclesiasticum, nec non de termino restitutio-  
nis primum in a. 1618. posito, mox in annum 1621. ac denique in a. 1624. transferendo, remittebatur, tum etiam ubi Pontificii vicissim quoad hæc & alia capita mitiores conditions indulgebant. Sed quæ nobis spe-  
tatur causa subditorum, quod illis liberum religionis exercitium, vel juxta normam anni regulativi, vel privilegia quondam tributa, sit relinquendum, jus autem emi-  
grandi in arbitrio illorum, minime vero in superiorum imperio ponendum sit; ea sane precipuum offensionis caput extitit, ad quod utriusque partis deliberationes allidebant. Protestantes namque in hoc negocio constantiores & magis concordes erant: & Pontificii etiam, qui & suo nonnunquam dissensu comoda Protestantium promovebant, præuentibus Cælareanorum consiliis, quod autonomiam subditorum & hæreditarias Cæ-  
faris provincias cum maxime attinebat, quoad hoc cau-  
sa caput Protestantium postulationibus, multo fortius rigidiusque obnitebantur. (f) I 3 §. XXI.

(e) PUFENDORFF. l.c. §. 112. sqq. PEANNER l.c. S. 62. pag.  
327. sqq. Arcan. Pacis Cap. XIII. p. 191. sqq. Et hoc faciunt  
scripta apud LONDORP. l.c. Cap. XXXII. - - XXXVII add.  
& Isaac VOLMARI a RIEDEN Diarium s. Protocoll.  
Act. Pac. Westph. ad a. 1646. p. 312. sqq. collatum cum

CORTREJO l.c.

(f) LONDORP. l.c. Cap. XXXVIII. PUFENDORFF. l.c. §. 128.

## §. XXI.

In progressu  
tractatio-  
num pacis a.  
1647. hæc  
causa serio  
magis agi-  
tur.

Ad tractationes pacis, quæ anno sequente 1647.  
contigerunt, provolunti, in iis sane componendis tol-  
lendisque gravaminibus, majorem fuisse curam adhibi-  
tam deprehendimus: imo si dixerimus, intuitu nostræ  
causæ & in gratiam subditorum, pro afferendo iis libe-  
ro sacrorum usu, conditiones multo æquiores atque be-  
nigniores non modo fuisse propositas, sed & a parte  
adversa concessas, quam quidem ipse Pacificationis  
eventus illis postmodum indulxit; non adeo a vero  
nos aberrare comprobabunt, quæ hujus rei documen-  
ta producuntur sumus. Mox ineunte hoc anno Cæsarei  
ablegati declarabant, sibi placere modum super grava-  
minibus per Evangelicos propositum, ut circa media-  
toris operam Cæsarei Suecique ea transigerent, quo-  
rum isti nonnullos ex Catholicis, hi ex Evangelicis Or-  
dinibus adjunctos sibi haberent, rebus citius expedien-  
dis. (\*) Atque hac quidem via, cum utrinque aliquot-  
ies propositum, congressusque desuper instituti essent,  
major sane pars gravaminum sublata erat; circa cau-  
sam tamen subditorum hærebatur diutius, quod Cæsa-  
reis semper provinciæ Austriacæ in animo essent; ubi  
vero

129. §. 143. - - 150. §. 153. 154. §. 165. PFANNER l. c. §.  
92. - - 114. p. 363. sqq. Arcan. Pacis Cap. XIV. p. 205. sqq.  
VOLMARUS l. c. p. 317. sqq. addatur Chlothoph. FÖRSTNER.  
in Epist. II. ad Scip. Scatigerum, de negocio pacis Osnabrugœ.  
Monasteriens. data Monast. 3 Kal. Sept. 1646.

(\*) PUFENDORFF, Lib. XIX. §. 95. 97. 108. sqq. PFANNER.  
Lib. IV. §. 16. - - 35. p. 437. sqq. Arcan. pacis Cap. XXIII.  
p. 321. sqq. CORTREJUS l. c. p. 392. sqq. VOLMAR. in Pro-  
tocoll. ad a. 1647. passim, impr. p. 421. sqq.

vero easdem a pacis hujus legibus separare datum fuerat, & circa hoc demum caput prioniores se gerere coeperunt. Non id omne hic attingere licet, quomodo in hac causa ex parte Protestantium etiam cessum sit: nec rationes etiam enumerabimus, quibus ad hanc indulgentiam se induci passi sunt Cælareani, quanquam in iis haut postrema fuisse intelligitur armorum Suecicorum circa hujus anni initium prosperior successus, & quod Bavarus Elector, pactis seorsim cum Suecis induciis, copias viresque suas a Cæsareno exercitu sejungi passus erat. Id tantum hoc loco commemorabimus, Et Cæfarci adducemusque ex firmiori tractationis documento illam transactionis partem, qua subditorum religionis necessitati provisum esse tum quidem Cæsareani Legati voluerunt. Sufficit illam nobis concepta pacis formula, quam Cæsaris nomine sub elogio: *Projecti pacis novi & ultimi*, Ministri illi mense Junii a. 1647. Monasterii excusam publice ediderunt. (\*\*\*) Ac in illa quidem pacis formula, ubi Art. V. de gravaminibus pleraque capita habentur decisa, & nostræ subditorum causæ rationem minime omissam deprehendimus. Nam primo quidem §. 12. multis prolixisque verbis exercitium

Et Cæfarci  
velut arbitrii  
in subdito-  
rum gra-  
tiam indul-  
gent lauti-  
res condi-  
tiones

(\*\*\*) *Pacis hujus formulæ meminit PLIFENDORFF. l.c. §. 109.*  
*ir. §. 123. ubi illam geminam fuisse affirmat; ac in altera*  
*barum causas Ecclesiasticas fuisse omissas, quod illa Nuncio*  
*Papali tradenda fuerit. Ipsum autem sic dictum projectum*  
*in Præliminaribus Pacis habetur, que jam anno 1648.*  
*III. Partibus prodierunt, e quibus illud recudi cumvit Lips.*  
*1720. 4. Christ. Godofr. HOFFMANNUS in Serie Rer. per*  
*German. gestarum Lib. II. n. VI. ubi que adduximus, vid.*

tium religionis subditorum ad normam anni decretorii  
1624. legesque pactorum privilegiorumque, eo tempo-  
re concessorum, eum ad modum fere referunt, quem-  
admodum illud in ipsis conditis pacis tabulis postmo-  
dum repetitum legimus. Imo & longo usu, vel sola et-  
iam connivenzia, quod tum obtinuerit, id in futuri tem-  
poris usum subditorum juris esse permittitur. In cæ-  
teris deinde casibus eventibusque, quod hic largius be-  
nigniusque tributum esse putamus, non possumus, quin  
ipsa præliminaris formulae pacis verba hic adjiciamus.

Ita namque dicto §. 12. primum pergitur: Illi vero Ca-  
tholicorum subditi Aug. Conf. additi, ut & Catholici Aug.  
Conf. Statuum subditi, qui a. 1624. publicum aut priva-  
tum religionis exercitium nulla anni parte obtinuerunt,  
quotquot eorum tempore publicata per Imperii Circulos præ-  
dictis pacificationis in unius vel alterius Religionis Statuum  
immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus  
ii etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas  
evitandas, non tamen animo transferendi domicilium alio  
commigrarunt, & facta pace in patriam redire volunt,  
Religionis causa solum vertere, bona venundare & emi-  
grare nullatenus cogantur, sed patienter tolerentur, con-  
scientia libera domi devotioni sua sine inquisitione aut tur-  
batione privatim vacare in vicinia vero, ubi & quoties  
voluerint, publico religionis exercitio interesse, vel libe-  
ros suos exteris Aug. Conf. addictis scholis, aut privatis  
domi Preceptoribus instruendos committere non prohibeantur,  
sed ejusmodi Landsaffii, Vasalli & subditi in cæteris  
officium suum, cum debita erga suos superiores reverentia  
adimpleant, nullisque turbationibus ansam praebant.

Deinde eodem §. de emigratione voluntaria sta-  
tuitur:

tuitur: *Quod si sua sponte migrare subditus voluerit, aut sua vendere, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postular, ad res suas inspiciendas libere redire. Emigratio quoque hac voluntaria praetextu servitatis, aut alio neutiquam impediatur, aut migraturis testimonia nativitatis, ingenitatis, manumissionis, noti opificii, honestae vita denegentur, nec udem Reversalibus, aut decimationibus substantiae secum exportata plus aquo extensis prægraventur.*

Porro & idem §. futuris subditorum eventibus prospicit his verbis: *Illi denique Statuum immediatorum subditi, qui posse pacem per circulos Imperii publicatam deinceps futuro tempore diversam a suo Superiore religionem proficiebuntur & amplectentur, jussu quidem Magistratus religionis causa, termino preffixo decennali, emigrare teneantur. Quod si intra hoc spatium bona sua vendere, aut commoditatem domicilii transferendi invenire nequiverint vel neglexerint; secundus terminus, quinquennialis scilicet praefigatur, quo claps, si etiamnum moras necant, Magistratus eos ulterius tolerare non teneantur. Hoc modo coacte emigrantibus eadem beneficia competant, que pauculo ante iis, qui sua sponte emigrant, concessa sunt.*

Denique qui in codem Artic. V. sequitur §. 13. huc quoque pertinet, quod in illo subditorum Cæfareanorum in provinciis hæreditariis ratio quædam haberi voluit: in quo tamen capite, cum duriores Legati Cæsaris se usquequaque gererent, haut adeo quicquam fuit alicujus momenti vel ponderis, quod deinde iterum substrahi potuerit.

K

§. XXII.

## §. XXII.

Quibus Sta-  
tus Pontifi-  
cii deinde  
stare recu-  
fiant.

Sicuti igitur consultationes & conclusiones circa gravaminum negocium uti generatim, ita & speciatim circa subditorum autonomiam a Cæsareis Legatis, acho-  
rum præcipuo arbitro Trautmansdorffio, initæ atque confectæ jam proximum harum contentionum finem pollicebantur; & Protestantes etiam, ut pactas hujus-  
modi conditiones subirent, non multum tergiversaturi erant: ita nunc iterum in diversa omnia abre, atque oblatis istis ex parte Cæsareanorum conditionibus mi-  
nimè stare, sed omnia rursus subvertere atque rescin-  
dere Pontificii Status nitebantur. Publice in comitiis  
publice pri-  
varinque  
Quod varie  
dicuntur. Quam hoc modo Statuum Pontificiorum Legati senten-  
tiaceptarum. tiam inibant, eandem quoque id temporis homo pri-  
vatus vulgatis scriptis defendendam susceperebat. (\*) Ac  
is quidem sub assumpta persona Ernesti de EUSEBIIS bina  
scripta Monasterii distribuebat, alterum sub tit. *Judicij*  
*Theologici super questione: an pax, quam deiderant Pro-  
testantes, sit secundum se illicita?* alterum *Vehiculum ju-  
dicii*

(\*) In hoc temporis articulo prodisse scriptorem illum refert  
PUFENDORFF. L. XIX. §. 97. Idemque sub illa Ernesti  
de Eusebiis persona latere Jesuitam MÜLMANNUM diser-  
te tradit ibid. §. 150. licet ab aliis iidem factus tribuantur  
vel Nuncio Papali Fabio CHISIO, vel P. Henr. WAG-  
NERECKIO Jesuite, vid. Christ. GRYPHIUS de Scripto-  
ribus Hist. Sec. XVII. p. 131. vel P. BIBER, Moguntini  
Confessionario, quod vult B. Jo. Joach. WEIDNERUS, in  
Diss. de Lutheranis & Reformatiis, quo animo feran-  
tur invicem? p. 10. Aliam vero ac a dictis scriptis diver-  
sam Epistolam, quam Jo. MÜLMANNUS scripsit, Agræ  
a Sueciis inventam commemorat, PFANNER, Lib. IV. §. 47.  
p. 490. sq.

dicii Theologici inscriptum; utrumque sane ita comparatum, ut oleum camino adderet, adeo quidem ut Dil-lingensibus quondam belli incensoribus haut absimilis judicaretur, ac Protestantium haut vanus inde metus esset, ne Pontificii moderationiora hucusque consilia ingressi, revocatis hujusmodi dogmatibus, in transver- sum iterum abriperentur. Ut autem ex parte Protestan- tium mox praesto erant idonei refutatores, qui scripto- rem hunc lucifugam dignis modis excipiebant & probe depexum dabant: (\*\*\*) ita in pacificationis negocio, quod nobis potissimum spectatur, quis ibi mutatorum

K 2

(\*\*\*) Fecit illud tum Herm. CONRINGIUS, qui assumpta vi-  
erissima scriptoris Pontificii persona, sub nomine Ireniae Eubuli  
Theologi Austriaci, Consultationem catholicam de Pace  
Protestantibus danda consignavit, cuius libelli fata ipse  
Conringius in iteratis ejusdem editionibus a. 1657 & 1677.  
commemorat, & ex eodem repetit GRYPHIUS l. c. p. 132.  
sqq. tum Jo. Georg. DORSCHEUS, Argentoratensis tum  
docttor Theologus, cuius triga scriptorum, newpe Anticrisis  
theologica opposita Judicio Theologico Ernesti de  
Eusebii, itemque Triga syndromos anticriseos theo-  
logica cum premissa Dissertat. de Angelis pacis, ac de-  
nique Prodromus anticriseos theologicae s. Invectiva  
in vehiculum Judicij theologici, mox anno 1647. ut ex  
dedicationibus patet, conscripta, lucem adspicerunt Argen-  
torati 1648. 4. Sed in hisce Dorscheus, quod aliis haut in-  
digitarum legitur, mox adversarium habuit, scriptorem  
iterum personatum quandam, qui se Christianum Fide-  
lem, Concordiem, nuncupavit, cuius Crisis anticri-  
seos, & triga opsidromos, s. Examen & excussio ju-  
dicii J. G. Dorschei, Prædicantis Argentinensis, Con-  
cordie in via pacis, ad signum olive, ut titulus prefert, a.  
1648. in 4. excusa, nobis itidem ad manum est.

a Pontificiis Statibus consiliorum eventus fuerit, hic porro exponendum venit. Non sibi hic deerant Ablegati Cælarei; & quemadmodum stare iisdem omnino volebant, quæ semel obtulerant, nec a transactis illis iterum resilire, ita & scripto peculiari Pontificiorum Statibus d. XIX. Iun. exhibito, prolixè declarabant, sibi per injuriam tribui, quod de alieno liberales fuerint, aut potestatis sibi delatae limites egressi sint. Ac quod de autonomia, quam subditis indulgere coacti sint, intelligent, illud potissimum caput improbari Pontificiis, de eo palam testabantur quanquam nec Cæsari illa indulgentia adeo grata atque accepta sit, qui & suorum subditorum intuitu istis legibus se constringi noluerit; in gratiam tamen cæterorum Statuum, qui nec eadem constantia circa hanc causam usi sint, quorumque & subditorum situs & ratio alias leges postulaverit, haut alias conditiones, quam in postrema pacis formula comprehenfas, licet vel decies & amplius illud caput reficiuntur sit, obtineri potuisse. Fore tamen in his ipsis conditionibus, ut in commodum suum illas vertere queant Pontificii, dummodo iisdem serio attendant, nec occasionem subditorum libertatem infringendi e manibus dimittant. De cætero multa longaque demonstratione ostendebant, quam periculo plenum id futurum sit, si leges pacis, de quibus semel conventum, rescindere iterum Pontificii & belli aleam porro experiri maluerint; cui ut socii Status inter Germanos ad unum omnes longe impares sint, ita nec auxili quidquam ab exterorum præsidio expectandum esse. (†) Sed ut validiori hac etiam declaratione

(†) *Integralm* *banc Cæsareanorum Legatorum declarationem*  
*exhibet LONDORP.* Tom. VI. Lib. III. Cap. CLXV. p. 265. sqq.

tione haut alias a se mentem extorqueri patiebantur Pontificii; ita multa porro eveniebant, quæ Protestantium & subditorum potissimum causæ fraudi erant. Dissedebat a pacis congressu ac tractationibus præcipius consiliorum Cæsareorum arbiter, Comes Trautmannsdorffus: qui pacem serio anhelantibus anxium desiderium, & pro optato totius negotii exitu spem valde ambiguam relinquebat. Bavarus Septem-Vir induciis, cum Suecis anno ineunte pacis, eodem adulto mox iterum renunciabat, unde Pontificiis animus non parum resurgebat. Protestantibus contra haut satis concordiaæ erat, ut propositi & consiliorum, quin & hucusque decretorum tenaces fuerint: ac causæ & rationes utrinque plures erant, quibus per longum tempus omnes tractationes pacis sufflaminabantur. Cum autem circa anni demum finem ad omissas hucusque consultationes rediretur; & juxta ordinem formulæ pacis Cæsareanorum supra laudatae, singula capita denuo sub incudem revoarentur, in causa gravaminum, articulum illum XII. qui in gratiam subditorum, ut supra patet, conflatus erat, prorsus ferre nolebant Pontificii, sed illum omnino deletum atque abolitum cupiebant. (†) Atque

K 3

adeo

CORTREJUS p. 421. sqq. et ex eadem referunt PUFENDORFF.  
L. XIX. §. 127. PFANNER. Lib. IV. §. 39. p. 476. sqq. Arcan.  
Pacis Cap. XXV. p. 351. sqq.

(†) PUFENDORFF. Lib. XIX. passim & in primis §. 208. PFANNER Lib. IV. §. 40. sqq. VOLMARUS l. c. p. 434 sqq. it. pag. 459. sqq. Arcan. Pacis Cap. XXV. p. 305. sqq. ubi quidem istorum scriptor disceptationem de gravaminibus minime finitam finiit. Documenta hic facientia passim habet LONDORP. l. c. Lib. III. in primis Cap. CXCI. - - CXCVI.

adeo quoad nostram causam in fine anni omnia ad pristinum statum, quo ab initio fuerant, redacta erant, quanquam se aliquando jam in portu navigare, & plura adeptos esse sibi viderentur Protestantes, quam illis circa totius negotii exitum potiri atque retinere datum fuit.

§. XXIII.

Anno 1648.  
hæc causa  
velut denuo  
recepitur,

Annus demum 1648. ut toti pacis negocio, ita & nostræ de subditorum autonomia disceptationi finem atque coronam imposuit. Ineunte quidem anno congressus varia via ac methodo inter partes & Status diversæ religionis de tollendis gravaminibus frustra suscipiebantur; dum Protestantes iis, quæ superiori anno transacta erant, tenacius inhærebant; Pontifici autem, qui & ipsos Cæsareos Legatos nunc in sententiam suam pertraxerant, pactis istis Trautmansdorffianis, quæ jam ita dicebantur, stare pertinacius recusabant. (\*) Sed non

(\*) PUFENDORFF. Lib. XX. §. 75. sqq. PFANNER. Lib. V. §. I. sqq. LONDORPIUS Tom. VI. Cap. CXCVII. p. 304. sqq. quamquam hujus fontes nunc quidem arestere incipient, quoniam hæc causa non amplius per scripta, sed per mutua potius colloquia agitata est. Illud tamen & agre nobis vendendum est, quod inde ab a. 1648. ineunte non modo VOL-MARI DIarium, sed & CORTREJUS l.c. in nostra cause capite deficiat. Ac dum nobis hæc scribentibus in Relationibus literariis novellis nunciatur, Virum Consultissimum Jo. Godofr. a MEIERN, qui Regis Magn. Britann. & Electoris Brunsv. Luneb. a Confiliis aula & cancellaria est, in destinatis habere, edendi proxime collectionem novam Actor. publ. Pacis Westphal. pluribus Voluminibus absolvendam, id maxime preoptamus, ut lacunas hujusmodi ab aliis nobis relatis, potissimum sarciat; quo sane fatto multorum gratiam Virum Consultiss. initurum confidimus.

non multo post placuit denuo illa tractandi ratio, per Cæsareos atque Suecos velut arbitros suscipienda, ita tamen, ut illis Catholicorum, his autem Evangelicorum Statuum Legati in separato quidem conclavi præsto ad essent. In inita hoc modo gravaminum disceptatione, quod d. XVIII. Febr. h. a. fiebat, qui dies Concordiae sacer & inde boni omnis habitus est, postquam de justitia in supremis Imperii curiis administranda mox primum convenerat, deinde statim ad caput alterum de subditorum autonomia descendebatur; non sane eadem facilitate expediendum. Multa sane erant, quæ utrinque præmonebantur, antequam ad ipsum negotium delecti utriusque partis arbitri accedere volebant. Remotis tamen hujusmodi difficultatibus, ubi tandem ad rem ventum esset, ita de tractandi modo & ordine, quem & huc repetiisse & penitus nosse intererit, nobis refert PUFENDORFFIUS: (\*\*\*) Circa subditos, de quo-<sup>rum</sup> ubi subditi autonomy agebatur, triplex discrimen statueruntur: torum tres claves con-<sup>stituantur;</sup>

*Alii* quidem exercitium suorum rituum publicum, aut privatim in dominibus suis per pacta, diuturnum habuerant; *alii*, cum neutro horum modorum id habebant, sub magistratu diversæ religionis domicilium frequentarant; *alii* denique cum eadem sacra cum suo magistratu haec tenus coluissent, deinceps his desertis alia professuri erant. Pro his in universum Sueci stipulabantur, ut pari per omnia iure cum reliquis civibus fruerentur. Qui e prima classe essent, exercitio suo-

(\*\*\*) Lib. XX. §. 90. & 91. nec dissentit a Pufendorffio PFANNER. l.c. §. 16. sqq. licet non ita distincte, ac concisius etiam banc causam proferat.

rum sacerorum, quod a. 1624 obtinuerant, deinceps  
 quoque gaudent; Nam hunc temporis terminum de-  
 sumus Sueci admiserant, cum initio pro anno decimo  
 Octavo contendenter. Cæteris duabus classibus Sueci  
 lautiiores conditiones pacisci cupiebant; sed cum eam  
 rem jam ante Catholici abnuissent, ac certum tempo-  
 ris spatiū illis indulatum fuisset, satis habebant, alteri  
 classi vitæ tempus, tertiae quindecim annos ad habi-  
 standum concedi. Cæfarei & Catholici etiæ aȝre ad  
 tolerantiam per pacta adstringi vellent, circa primam  
 famen classem parum difficultatis movebant. &c.  
 bet I. P. Art. Hæc quidem de classe prima subditorum in autonomia  
 V. §. 30-33. constitutorum satis sunt: plura quidem *Pufendorfius* por-  
 ro afferit, quomodo leges circa tolerantiam subditorum  
 diversæ religionis tum in genere, tum in specie, quoad  
 Hildesienses, Erfordienses aliaque loca constitutæ sint;  
 quæ tamen nos non adeo tangunt, qui ea tantum spe-  
 ciamus, quæ ad jus emigrandi pertinent, cuius leges  
 illorum subditorum intuitu, quibus secunda atque ter-  
 tia classis adsignata fuerat, cum maxime latæ sunt.  
 Ab iis autem, qui ea, quæ per I. P. Artic. V. §. 30-  
 33. sancita sunt, penitus inspicere atque cognoscere  
 cupiverint, isthæc quòque multo cum fructu conferri  
 poterunt,

## §. XXIV.

De 2da ac  
 3ta classe  
 tractatio  
 difficilior.

Pro subditis in secundam atque tertiam classem re-  
 latis Cæfarei lautiores istas conditiones, a Suecis propo-  
 sitas, nequaquam admittere, ac nonnisi triennium in-  
 dulgere volebant, intra quod ad emigrandum res suas  
 disponere possent. Nitebantur hac sua intentione exem-  
 plo

plo quodam, quod præiverit Georgius Fridericus, Marchio Badensis, qui gravi sub poena vetuerat, ne quis extraneus facerdos ultra 24 horas in ipsius ditione moraretur, ac interim nonnisi diversorio publico uteretur. (\*) Haut tamen eam sibi mentem esse, addebat Cæfarei, ut elapsò isto triennio subditos statim vellent expellendos, id quod nec haec tenus factum sit; sed ea humanitate adversus eosdem se usuros, ut querendi causam non habituri sint. Ferri tamen non posse, ut ve-  
lut publica lege inviti adstringantur, ad subditos diver-  
sorum sacerdotum in suis ditionibus tolerandos. Cum  
igitur Cæfarei ita pervicaciter huic sententia inhaerenterent,  
Sueci primo loco tertiam classem expedientiam susci-  
piebant, quod spes esset, Cæsareos eo facilius in plures  
annos consenfuros, quod ejusmodi casus nunquam  
eventuros jaçarent. Pro tercia  
primum de-  
cernitur.

L consen-

(\*) De illo GEORGII FRIDERICI, Marchionis Badensis, ri-  
gore aliunde quidem parum constat: ac si vel maxime is a-  
guitatis limites transgressus sit, id force per injuriam belli  
factum, cuius sane inter pacis iura ratio haberi non debebat.  
Est certe & longe dispar quoque ratio inter subditos diverse  
religionis quiete viventes, & sacerdotes extraneos, quos ist-  
hoc interdicto a finibus suis arcere voluit Marchio prædictus,  
cui probe perspectum erat, quanta fraturum suorum Jacobi  
& Ernesti Friderici memoria, a serpentibus ejusmodi Pseud-  
Apostolis terris Badensis incommoda illata sint, vid. B. Jo.  
FECHTLIS in Hist. Colloqui Emmending. in primis Cap.  
III. & XVI. Tantum sane hinc satis liquet, exemplum Mar-  
chionis Georgii Friderici hoc minus commode trahi.

consensere. Addebat tamen leges, ut quies hæc emigrandi necessitas incumberet, neque ante elapsum id tempus ad emigrandum cogi possent, neque idem tempus antevertere prohiberentur: ut elapsō triennio migratio ita necessaria non foret, quo minus per Magistratum prorogari posset: ut emigrans bona sua vendere non teneretur, sed de illis liberam disponendi facultatem retineret, ac si opus sit, citra literas tuti commeatus ad ea iterum accedere, ac pro re nata ad tempus ibi agere citra vim conscientiæ illatam, ac inde abiare iterum posset: denique, ut quibus illis persequenda sint, sive bona ibi habeant, sive minus, pari cum Catholicis jure fruerentur. Cæterum quia circa hanc classem remiserant Sueci, sperabant Cesareos circa secundam fore faciliores. At hi obnoxie sententiæ suæ inhæreabant, differentes: Jam antea Evangelicos Catholicis hinc inde adversus pacem Augustanam quædam decerpserunt, nunc domi suæ sibi leges præscribi. Dissimilasse equidem quosdam Principes miti ingenio cives diversa sacra professos: nunc in legem id abire, ac istos invitatis Principibus eam licentiam stabilire, non sine integrati animi nota & intolerando præjudicio. Subditos jam ultro fines obsequii migrare; quid facturos, si patto nitantur? Repugnare hæc Principum conscientiæ, existimationi ac dignitati: eo principio bella inter superiores & subjectos oritura. Evangelicos initio satis habuisse civili pace frui; inde sacrorum libertatem stipulatos: nunc subditos cum Principibus imperium dividere, aut idem junctim cum illis administrare velle. Ad stipulari sibi Saxonicos Electorales & Brandenburgicos, qui triennii spacio indulto acquiescant. Horum exemplar.

exemplum et alios, qui inferioris dignationis sint, se-  
qui debere. Etsi Brandenburgici hoc sibi a reliquis  
Evangelicis exprobatum inficiabantur, praelecta Electo-  
ris epistola, qua pro libertate conscientiae subditorum  
contendere jubebantur. Sueci contra postulata sua acri-  
ter urgere: Non perpetuam eam cessionem, sed vitæ  
tempus duntaxat complexam: intra viginti aut triginta  
annos expiraturam. Cæsareos superiori æstate id an-  
nuisse, nec Catholicos idem plane rejecisse. Quæ duo  
Electores forte concesserint, se non tangere, nec esse,  
quod illorum sententia tam scrupulose respiciatur, qui  
utique reliquorum tutores non sint. Quanquam au-  
tem utraque pars sententiae suæ mordicus inhæreret;  
Sueci tamen postulata sua, de libertate habitandi ad vi-  
tam, pervidetur videbantur, ni Evangelici apud Cæ-  
sareos destinata sua prodidissent. Isti quippe extremam  
sententiam suam Suecis secreto indicaverant, silentio  
eam utique habituris. Sed mox iidem istam apud Cæ-  
sareos effutierant. Unde eo minus hi sua sententia de-  
pelli poterant; nec Suecis reluctari amplius licebat, cum  
illi quorum maxime intererat remissiſtent, in quos &  
ejus rei culpa, si qua erat, redundabat. Id tamen ob-  
tinebant, ut huic classi biennium superadderetur; cum  
& Cæsarei æquum judicarent, his, qui ab initio diversa  
a Principibus suis sacra professi fuerant, largius indul-  
geri, quam qui post eadem mutaverant. Ita caput de  
Autonomia in genere in eam formam redactum, prout J. P. com-  
post tabulis Pacis insertum est: (†) Ubi Artic. V. §. 34. prehensa.

L 2 et 35.

(†) In traditione hoc §. ut fide ita & sere verbis PLIFFENDORF-  
FII Lib. XX. §. 92. & 93. usi suntus; quod & deficientibus

Artic. V. §.

34 - - 37.

prout J. P. com-

post

tabulis

Pacis

insertum

est:

(†)

Ubi

Artic.

V.

§. 34.

prehensa.

& 35. leges præscribuntur, quæ circa tolerandos diversæ religionis subditos locum habere debent; §. 36. & 37. autem, quid circa ipsam emigrationem obtinere ac servari debeat, arctius pressiusque determinatur.

## §. XXV.

Specialia  
quædam  
subnectun-  
tur.

de subditis  
& exilibus  
Austriacis,

Quod præente Pufendorffio modo diximus, in habitis istis utriusque partis congressibus, *in genere* de autonomia subditorum transactum esse, eo notatum est, quod *specialia* quædam quoad hoc caput adhuc in reliquis fuerint, quorum decisio aliis, securisque quibusdam consultationibus relicta sit. Hujusmodi primum erat causa subditorum in regnis provinciisque Cæsariorum hæreditariis, & cummaxime Exulum Austriacorum, quorum ratio in tota fere pacis tractatione difficillima fuerat, & pro quibus nec in capite amnestia nec autonomia eadem jura, ac pro reliquis pacisci datum erat. Imo quam fere nulla spes fuerit, in cæterorum etiam gratiam æquiores conditiones adipiscendi, nisi causa Exulum & subditorum Austriacorum ab iis separata fuisset, supra jam aliquoties indicavimus. Id namque & Cæsariorum Legatus primarius, Comes Trautmandorffius, quam in reliquis indulgentem se alioquin præbuerat, cum ante suum a pacis tractatione discessum acrius propter hanc causam urgeretur, iterum iterumque testatum fecerat, juratisque verbis: *ita Deus vivit, affirmarat, Imperatorem malle coronam & sceptrum, imo spiritum ac*

*nunc cæteris fontibus haut aliter licuit.* PEANNERUS Lib. V. §. XIX. ad marginem notat d. <sup>8</sup><sub>15</sub>. Mart. quo de bis  
convenitum sit, quem quidem diem PUFENDORFIIIS haut  
designavit.

ac vitam amittere, quam iuri reformati in ditionibus  
hæreditariis renunciare; itemque, si Evangelici Cæsa-  
ream Majestatem tam acriter impetere & ex terris suis  
ejicere vellent, tum Cæsarem hanc velut persecutio-  
nem expectare & se defendere velle. (\*) Cumque  
huic declarationi post cæteri Legati Cæsareani constan-  
tissime inhärerent, nec ab illa vel latum unguem us-  
que ad ultimum tractationis momentum discedere vel-  
lent; Suecis tandem ac Evangelicorum Legatis intuitu  
Exulum & subditorum Austriacorum in istas conditio-  
nes concedendum fuit, quas in capite de amnestia Artic.  
IV. §. 52 - - 55. in capite vero de autonomia Artic.  
V. §. 38 - - 41. in Instrumento pacis comprehensas le-  
gimus. Quoniam vero in hisce pactionibus parum vel  
omnino nihil est, quod hodie in censem juris emigran-  
di venire amplius queat, nec inde est, ut in difficillima  
ac ex parte invidiosa horum tractatum recensione ul-  
terius detineamur. (\*\*) Aliud præterea est speciale de abroga-  
tione editio-

M

quod-

(\*) Difficillioris hujus tractationis cum Comite Trautmans-  
dorffo passim meminerunt PUFENDORFF. Lib. XIX. §. 97 sqq.  
PFANNER. Lib. IV. §. 16. sqq. sed verba ipsa, a nobis addu-  
cta, ex fide protocolli habentur apud CORTREJUM l. c. p. 410.  
sqq. add. VOLMARI Diarium p. 410. 422. & alibi.

(\*\*) Quod causa Austriacorum subditorum ac exulum magis  
ac ceterorum deserata sit, hujus rei invidiam alter in alte-  
rum devolvere non intermisit. Gavior est, qua hinc in  
Suecos conjicetur, accusatio, quasi ab iis libertas religionis  
Austriacorum non modo posthabita, sed & auro vendita sit:  
enius rei testes & novissime Bernb. RAUPACH. in Austria  
Evang. p. 299. sqq. denuo protulit. Nobis ex auctorum di-  
ligentiori perscrutatione tantum liquet: Cæsareanorum  
pertinaciam, tum Protestantium Imperii Ordinum, tum de-

et i restitu-  
tionis,

quoddam caput, cuius intuitu autonomia subditorum, in exordio tractatum pacis, rationem fuisse habitam, supra meminimus; est illud derogatio Edicti Cæsaris Ferdinandi II. a. 1629 lati; ac quidem, ut hujus vis obligandi posthac nulla esset, jam consenserant Legati Cæsarei in exhibita anno superiori 1647 pacis formula;

(†) & dum illius æque edicti, ac pacis Pragensis aliorum que decretorum & sanctionum derogatio, vel plenaria abrogatio nunc etiam in condito I. P. Artic. XVII. §. 3. retenta atque repetita sit, id quoque hoc loco monendum esse duximus, ne hujusmodi legibus, in decidendi subditorum causis & emigrandi jure decernendo,

vim

mum & ipsorum Suecorum remissionem & indulgentiam in hac parte provocasse; atque has causas hujus eventus minime dubias credimus. Invidiam vero Sueci conflatam egregie jam diluit PUFENDORFFIIS, Lib. XX. §. 210. p. 875. /qq. & Lib. XXIII. §. 10. p. 981. originemque hujus criminationis clare satis ostendit, ut adeo hanc temere quisquam eidem fidem habere debeat; præsertim cum & eandem causam, propter quam istam pecunie summam Cesareanei Sueci stipulati sint, cum Pufendorffio prodat atque confirmet VOLMARUS in Diario p. 408. /qq. Ac denique, cum Sueci, postquam iis, de pendulis ipsis sexcentis thalerorum millibus, jam dudum a Cesareani sponso facta esset, nihilominus pro illa Austriae corum restitutione acerrimis contentionibus iterum ierumque & ad ultimum usque tractatum momentum insisterint, idque etiam ipse PFANNERUS, qui aliquin & fidem eidem rumori tribuit, Lib. IV. & V. passim facili cogatur, inde sane hanc causam obtentui sumtam falsitatis argui, ac totam etiam istam accusationem prorsus evanescere satis persuasi sumus.

(†) Vid. sic dictum Projectum novum & ultimum Cesareum, Art. XV. apud Christ. Godofr. HOFFMANNUM l. c. p. 148.


vim quandam amplius inesse quisquam putet. Deni- & formula  
que ad specialia nostræ causæ referre licebit, quod post pacis ador-  
confectam inter partes transactionem, ut in reliquis  
ita & nostro capite ipsum pacis instrumentum, demum  
retinendum & promulgandum, fuerit adornandum: has  
sibi partes sumferant Cæsarei, qui postremas a se con-  
cinnatas tabulas pacis ipsis Kal. Maij a. 1648. proferebant:  
circa has Suecis relictum erat, ut notas & animadversio-  
nes, si quas haberent, formarent. Cum post moram ali-  
quam interpositam & has demum afferrent Sueci; quoad  
causam subditorum parum, vel omnino in vocabulis po-  
situm erat, quod in iis mutandum juxta prægressam trans-  
actionem postulare poterant: tantummodo circa Exu-  
lum Austriacorum amnestiam fuisset, quod prolixiori-  
bus iterum disceptationibus locum facere potuisset, nisi  
& in his vocabula itidem cum rebus remittere consul-  
tius visum esset. (††) Sic igitur satis id a nobis demon-  
stratum esse putamus, quantæ molis fuerit, leges istas  
condere, quibus illa subditorum emigratio, quæ in  
Imperio nostro Germanico juris aequæ atque beneficii  
rationem, (vid. supr. §. II.) habere debebit, nimirum at-  
que hodieum etiam dirigitur. Ita & officio nostro  
ex ase nosmet satisfecisse nobis videmur, qui excussis,  
quotquot habere licuit, historiarum monumentis, in  
origines duntaxat hujus juris genuinas nos inquisituros  
recepimus: quam investigationem, ubi a primis totius  
rei natalibus exorsi sumus, atque ad istam ætatem de-  
du-

Ac demum  
huic tracta-  
tioni claufu-  
la subjicitur.

M. 2

(††) PUFENDORFF. Lib. XX. §. 139. 151. &c. PFANNER Lib.  
V. §. 53. sqq. Specialia quoad nostrum causam lege apud HOFF-  
MANNUM l.c.p. 159. §. p. 161.

duximus, post quam ipsis legibus nihil porro additum est, quod in censem nostri juris amplius venire, vel formam eidem ac rationem aliam inducere debeat; hinc jure nunc meritoque nostra tractatio subsistit. Quid hoc ipso tentamine nostro praeclarissimum, aliis ex æquo dijudicandum relinquimus: nec nobis id sumimus, ut varias interpretum de hoc jure sententias, ex neglegentia historiæ nostræ præsidiis potissimum ortas, seorsim sub examen & ad ordinem revocemus, utpote cui rei quemlibet hujusmodi causarum peritum arbitrum, vel absque nostro indicio, parem fore existimamus. Atque ut adeo solam duntaxat historiam hujus juris tuendam in nos suscepimus, ita ut ipsum jus, quod tanto labore constitit, & post profusum multorum sanguinem, a nostris majoribus quondam partum atque adseratum est, sibi haut eripi, aut aliqua sua parte infringi patiantur, sed illud contra quoscunque insultus masculi tueantur, & ad posteros etiam suos transmittant, illis, quorum curæ atque potestati illud relictum est, tribuumus: nihil denique addentes, quam quod ad æquissimas petitiones suas, in Invictissimi hodie Cæsaris, CAROLI VI. comprobato hucusque justitiæ amore, æquissimum judicem, & vindicem transgressorum justissimum habituri sint.



## CONSPECTUS TOTIUS TRACTATIONIS.

- §. I. Ingressus ad argumentum & occasio.
- §. II. Anterior argumenti determinatio.
- §. III. Totius juris emigrandi fundatum ex Pace religiosa 1555. & Westphalica 1648. adducitur.
- §. IV. In quibus bis Imperii sanctionibus forte praejudicium sit?
- §. V. Quomodo inter Status de hoc capite, in pace religiosa 1555. discernendo, convenerit?
- §. VI. Qua circa consensum Cesarii ac Regis Ferdinandi impertrandum peracta sint?
- §. VII. Qua novalis adhuc ante pacem conclusam & publicatam suborta; & que bine data declaratio a Rege Ferdinando, de tolerandis subditis A. C. adductis?
- §. VIII. Hinc variae questiones evoluuntur, & in primis an jus emigrandi vi pacis religiosa fuerit voluntarium.
- §. IX. Hanc juris partem primis annis minus aperie in discrimen vocata esse ostenditur.
- §. X. Sed illud post 20 demum annos factum esse: & quid hinc de eo disceptatum in convento Eleborum a. 1575. ubi Protestantes declarationem Ferdinandi Capitulationi Cesarea inseri petunt, sed Pontificii impediunt.
- §. XI. Ac cummaxime de eo utrinque certatum esse in comitiis Imp. Ratisbonens. 1576. ubi Ferdinandi Declarationem Protestantes illatam volunt comitiorum decreto, sed nec hic Pontificios expugnare possunt.
- §. XII. Quid industria & labor privatorum pro causa sua iuenda elucubraverit; tum ex parte Protestantium.
- §. XIII. Tum ex parte Pontificiorum.
- §. XIV. Quid porro in comitiis Imperii sub Rudolphi II. & Matthei circa hanc causam actum.
- §. XV. Tempore autem Ferdinandi II. praecipuum huic causa vulnus infictum.
- §. XVI. Idque per editum restitutio-  
onis a. 1629. subditis etiam infestum.

§. XVII.

§. XVII. Cui malo nec medela allata per pacem Pragensem 1635; nec per decretum comitiorum Ratisbonensium 1641.

§. XVIII. Pax Westphalica demum hanc causam ab ovo repetit: ubi Protestantes inter reliqua gravamina de autonomia subditorum primum a. 1645. propoununt; nec minus urgent abroganda, qua huic cause infesta erunt.

§. XIX. Pontificii autem in dato a. 1646. responso duros admodum se gerunt.

§. XX. Alia autem porro a. 1646. proposita atque tentata compositionis media hanc causam parum promovent.

§. XXI. In progressu tractationum pacis a. 1647. huc causa serio magis agitur; Et Cesarei velut arbitrii in subditorum gratiam indulgent lauiores conditiones:

§. XXII. Quibus Status Pontificii deinde stare recusant; quod varie publice privatimque disceptatum.

§. XXIII. Anno 1648. huc causa velut denuo repetitur: ubi subditorum tres classes constituantur; ac pro prima classe decernuntur, que habet I. P. Artic. V. §. 30--33.

§. XXIV. De zda ae 3tia classe tractatio difficilior; pro 3tia primum decernitur, ac demum pro secunda, unde lex emigrandi prodiit, Artic. V. §. 34--37. I. P. comprehensa.

§. XXV. Specialia quadam subnuntur; de subditis & Exilibus Austriae; abrogatione editi restitutionis, & formula pacie adornata; ac demum huic tractationi clausula subjicitur.





Kiel, Diss., 1730/33



St.





144

E 5. num. 11.  
355  
15  
1733,2

D. PHILIPPI FRID. HANE,  
S. S. THEOL. ET HIST. ECCLES. ATQVE CIVIL. P. P.  
IN ACAD. KILIENS.

COMMENTATIO ACADEMICA,  
DE ORIGINE  
JVRIS ET BENEFICII  
EMIGRANDI,  
QVOD  
*RELIGIONIS CAVSA*  
IN GERMANIA NOSTRA  
OBTINET.

355

EX GENUINIS HISTORIÆ  
ATQVE JVRIS ECCLESIASTICI  
FONTIBVS  
*DEDVCTA ET PVBLICI JVRIS  
FACTA.*

EDITIO II.

HAMBVRGI,  
APVD T. C. FELGINERI VIDVAM.  
A. MDCCXXXIII.

